2 a quo potest retineri. quia si a minori potuisset fuisse retentum plus quicquid esset. et sic instans datum non fuisset primus instans. non esse motus seu descensus ferri. sed unum aliud ante ipsum. et quocumque daret aliud equaliter concluderet arcum pro tunc super ferrum existente esse minimum potentem illud ferrum retinere. Et confirmatur. alius arcus illius rote sufficit illud ferri retinere. et alius non. vel ergo est dare maximum quod sufficit. vel minimum qui sufficit. vel maximum qui non sufficit. vel minimum qui non sufficit. non potest dici primus. quia quocumque arcu dato qui sufficit. maior illo etiam sufficit. ad quod enim sufficit minus ad hoc idem sufficit maius. Si dicatur secundum habeo propositum. Sed si dicatur tertium. scilicet quod sit dare maximum arcu qui non sufficit. sit ille a. tunc sic a. non sufficit. sed glibet maior a. sic. sit ergo quod in presenti instanti. illud ferrum habeat super se arcum a. et cum ille non sufficit retinere illud ferrum. sequitur quod pro hoc instanti illud ferrum non quiescit. sed immediate post hoc descendat tadium quod habeat super se arcum sufficientem ipsum retinere. postquam a. arcus non sufficit. sed si immediate post hoc instans mouebit. tunc immediate post hoc instans habebit maiorem arcum super se quam sit arcus a. et per omnes immediate post hoc habebit arcum super se sufficientem ipsum retinere. postquam a. arcus erat maximum quod non potuit. et sic deum ferri immediate post hoc gescit. et cum idem ferrum immediate. post illud instans mouebit. sequitur quod illud ferrum immediate post hoc instans mouebit. et illud ferrum immediate post hoc instans gescit. et ulterius sequitur quod sit dare ultimum instans esse motus. quod si dictus ferrum continue ante datum instans descendisset vel quod ad hoc instans. tunc hoc instans videretur esse ultimum instans esse illius motus. postquam immediate post hoc instans dictum ferrum gescit. sicut iam dicebatur. vel deducebatur. Nec potest dici quantum. scilicet quod sit dare minimum arcum qui non potest. nec sufficit dictus ferrum retinere. quod sic ille arcus non sufficeret. sed minor eo sufficeret. et sic ad aliquem effectum producendum sufficeret minus ad quod non sufficeret maius. quod est inconueniens.

**Oppositum** arguit. potentia actiua terminat minima resistetia in qua non potest. ergo potentia passiuia terminat maxima potentia actiua a qua non potest. unde patet ex precedente questione. omnia probatur. nam deest aliqua potentia actiua et sit a. et minima potentia passiuia seu resistetia in qua non potest. et sit b. tunc in. b. a non potest. sed in. b. quolibet maius a. potest. ergo a. est maxima potentia actiua a qua b. non potest pati. contra per significationem eius quod est maximus a quo non. prima pars antecedentis patet ex eo quod b. est minimus in quod a. non potest. et si sic tunc in. b. a non potest. secunda pars eiusdem antecedentis patet. quod quolibet maius a. excedit b. et cum quilibet excessus sufficit ad motum inchoandum. et continuandum sicut probatur in precedente questione. sequitur quod quolibet maius a. potest in. b. tunc ultra potentia passiuia terminat maxima potentia actiua a qua non potest pati. ergo non terminat minima a qua potest pati. Secundo potentia actiua non terminat maximum in quod potest agere. ergo nec passiuia terminatur minimo a quo potest pati. antecedens patet ex precedenti questione. omnia probatur ex eo quod oppositum consequentis iterum antecedens. da enim oppositum consequentis. scilicet potentia passiuia terminat minimo a quo potest pati. ex hoc sequitur quod illa potentia passiuia est maximum in quod illa potentia actiua potest agere. et hoc repugnaret antecedenti. In ista questione primo ponende sunt aliquae distinctiones de potentia passiuia. secundo conclusiones.

**Quantum** ad primum sit prima distinctio. et ista etiam ponenda dicitur receptiua solui. quod dicitur autem dicitur receptiua et cum hoc resistitua. exemplum primum sic est materia prima. exemplum secundum sicut est aqua respectu ignis. Secunda distinctio. potentiarum passiuarum quod dicitur est passiuia tertia. et quod dicitur cum hoc est et actiua. exemplum primum sic est unum paruum frigidum. quod patitur ab uno magno calido a tanta magna distantia. quod licet illud calidum posset

agere in illud frigidum tamen illud frigidum propter nimiam distantiam non potest re agere in illud calidum. exemplum secundum. sicut est frigidum quod patitur a calido. et cum hoc re agit in ipsum. Tertia distinctio potentiarum passiuarum. que cum hoc sunt actiue quedam dicitur cognitiua sicut est potentia visiva. quod dicitur non cognitiua sicut frigidum quod patiendo a calido re agit in ipsum. Quarta distinctio. potentiarum passiuarum non cognitiuarum quod cum hoc sunt actiue quedam re agunt in agens. ut frigidum in calidum. quedam autem agunt in aliud ab agente. non tamen agens in ipsum puta sol. sed aliud ab illo. Quinta distinctio. potentiarum passiuarum quedam patiuntur per abiectioem contrarium. sicut calidum cum patitur a frigido vel econtra. quedam autem sine abiectioem contrarium. sicut medium cum illuminatur. in huiusmodi enim illuminatione non abiectum aliud quod sit contrarium lumini generato. ex eo quod lumini nihil est contrarium.

**Quantum** ad secundum articulum sciendum est quod potentia passiuia potest comparari vel ad potentiam actiuam a qua potest pati. vel ad distantiam in qua vel ultra quam potest pati. vel ad effectum quem potest recipere et pati. vel ad tempus per quod potest pati. vel ad velocitatem qua potest alterari vel moueri. vel ad spacium super quo potest moueri motu locali. Et preterea adhuc est aliqua potentia specialis. sicut visiva. que potest comparari ad angulum sub quo potest pati vel videre. tunc discurrendum per omnia ista sicut factum est in alia questione sit prima conclusio ista potentia passiuia resistitua non terminat minima potentia actiua a qua potest pati. probatur. nam sit illa potentia actiua a. et passiuia b. tunc si b. debet pati ab a. oportet quod a. excedat b. ex eo quod aliter a. proportione equalitatis vel minoris equalitatis fieret actio. quod est falsum. et etiam quod in omni actione agens debet esse prestantius passio. sed si a. excedit b. non potest excedere ipsum excessu inuisibili. cum nullus talis sit excessus. relinquatur ergo quod excessu diuisibili. ergo cum quilibet excessus sufficiat ad motum. sequitur quod si a. per solam medietatem illius excessus excederet b. adhuc b. potest pati ab a. sed tunc a. esset minus quam ante erat. ergo a. non erat minimum a quo b. poterat pati. Secunda conclusio. nec potentia passiuia talis terminat maxima potentia actiua a qua potest pati. probatur ex eo quod quicquid potest pati a magno potest pati a maiore illo. et si sic nullum est maximum. saltem finite potentie a quo talis potentia possit pati. Tertia conclusio. nec talis potentia passiuia terminat minima potentia actiua a qua non potest pati. quod tunc a tali non posset pati. sed a minori illa posset pati. hoc est falsum. ex eo quod illud quod non potest pati a maiori. non potest pati a minori. Quarta conclusio. talis potentia passiuia terminatur maxima potentia actiua a qua non potest pati. probatur per sufficientem diuisionem. nam talis potentia passiuia ab aliqua potentia actiua potest pati. et ab aliquo non. vel quod dicitur minima a qua potest pati. vel maxima. vel minima a qua non. vel maxima a qua non. non prius per primam conclusioem. nec secundum per secundam. nec tertium per tertiam. relinquatur ergo quartum. et hoc est conclusio. Unde hoc potest declarari exemplo. ponatur quod potentia leuatiua sortis. et resistetia unius libree sint equales. ita quod precise tantum possit for. in leuando quantum potest libra in resistendo. tunc statim sequitur quod virtus sortis est maxima inter omnes potentias leuatiuas que non possunt leuare libram. quod nulla minor potest leuare. et quilibet maior potest. ita quod omnium non potentium leuare libram sortis est fortissimus. exponendo ly fortissimus negatiue. et tamen ipse est debilior inter omnes potentes leuare libram. et sic potentia actiua equalis resistetie est maxima a qua illa potentia resistitua non potest pati. et eadem potentia resistitua est minima in quibus illa potentia actiua non potest agere. Sed contra istud diceretur. videtur quod potentia actiua equalis resistetie non sit maxima a qua potentia resistitua non potest pati. nam tunc ab illa non. et a qualibet maiori potest pati. sed hoc videtur esse falsum. quia potentia actiua posset

3<sup>o</sup>  
4<sup>o</sup> dicitur

5<sup>o</sup>

2<sup>o</sup> 9<sup>o</sup>

7<sup>o</sup>

2047



augeri insensibiliter. et tamen non propter hoc posset in illa resistentiis. verbi gratia. si potentia leuatiua fortis equalis resistentie vnus libe augeret insensibiliter non propter hoc leuaret libra. Respondetur. qd sicut potentia actiua esset aucta insensibiliter: ita pot leuare per spaciū insensibile. et sic forte fortes pot leuare sic qd non perciperet se illud posse leuare: nec hoc est aliqd iconueniens. Adhuc dices. sed ista instantia magis pertinet ad alia questione. si potentia actiua terminaret minima potentia passiua in quas non potest. s. sibi equali. tunc cum visibile habeat se sicut potentia actiua respectu visus. sicut pz secūdo de anima: etiam visibile terminaret minima potentia visiva in qua non pot. et sic in illa non pot. sed in minorē et debilioz illa posset: sed hoc est falsuz. qz si aliqd visibile non pot agere in aliqua potentia visiva: multominus pot agere in potentia visivam minorē et debilioz illa saltē ceteris paribus. sicut patet de se. Ad hoc respondet qd illud qd dictū est de terminatōe potentie actiue respectu potētie passiue intelligitur de potētia actiua agente in passiua nō coagentē nec cōcurrentē ad effectū. nec ad actionē illius potētie actiue. sed sic nō est in pposito de visibili. et potētia visiva. qz visibile nō solū causat visionē in oculo. nec potētia visiva cōcurrit mere passiue ad visionē. sed visibile per suas speciē vna cū virtute visiva actiue cōcurrente pducunt visionē in oculo et in potentia visiva. Sed diceret. tunc idē eēt agēs et patiēs respectu eiusdē. sed hoc videt esse iconueniens. probatio nō. qz respectu visionis potētia visiva esset tam agēs qz patiēs. Respondet qd non est iconueniēs idē esse partiale agēs et totale recipiens respectu eiusdem: licet esset bene iconueniens idē eēt totale agēs et totale recipiens respectu eiusdem. modo dico qd in pposito totale agēs nō est pot visiva licz bñ modo dicit. sed totale agēs est aggregatū ex visibili et specie sensibili et potētia visiva et alijs cōcurrentibus ad visionē per eoz actionem: sed potentia visiva est totale recipiens. Quinta conclusio. ois potētia passiua mere receptiua sicut est materia pma pot pati saltē q̄tus est ex se a quocūqz magno vel paruo agēte sine termino. pz statiz. qz qdlibet agēs talē potētia passiua excedit. Deinde comparatō potētia passiua q̄tus ad distantia sit pma cōclusio. qd potētia passiua nō cognitiua q̄tus ē ex se pot pati a qualibz distantia q̄tūcūqz magna vel parua. pbat. qz quacūqz distantia agēs pot agere a tali distantia potētia passiua pot pati. et ideo si talis potētia passiua pot pati ab aliqua distantia parua. tūc ab alia potētia dupla vel quadrupla pot pati a dupla vel a quadrupla distantia: et sic vltorius. et sic talis potētia passiua nō est terminata distantia quātū ad magnitudinē. Sed etiā pbo qd nō quātū ad paruitatē. qz talis potētia passiua nō cognitiua non definit pati ppter paruitatē distantie sicut bene definit pati potētia passiua cognitiua. vnde frigidum nō definit pati a calido ppter nimia ppinquitatē calidi ad ipsuz. imo quātō calidū est ppinquius frigidū in tantū frigidū plus patit a calido. Secūda cōclusio. talis potētia passiua respectu date potentie actiue terminat minima distantia vltra quā nō potest pati. et hoc a tali agēte. pbat. nam datū agēs terminat minima distantia vltra quā non pot agere respectu date potētie passiue. ergo etiā ecōuerso potētia passiua data terminat minima distantia vltra qz non pot pati ab agente dato. Tertia cōclusio. potentia passiua cognitiua sicut est potentia visiva: et etiā alia potētia passiua requirēs modera tam distantias: terminat ab vtraqz parte: ita qd prope visum est vna maxima distantia oium illarū in quibz non pot pati ppter paruitatē distantie. et de longe est vna minima distantia in qua nō potest pati ppter magnitudinem. et illud potest pbari ex his que dicta erant q̄tum ad hoc de potentia actiua in alia questione. Quarta cōclusio. formiter potest poni de angulo sub quo pot pati: qd omniū paruoꝝ an-

guloꝝ qui non sufficiunt ad visuz vnus est minimus. et ille ē angulus rectus. Deinde cōparando potētia passiua ad effectū sit conclusio ista. qd potentia passiua receptiua pot recipere quēcūqz effectum quē potētia actiua pot facere. et id quātū est de se mā prima est infinite receptibilitatis: nec repugnat sibi recipere caliditatē infinitaz si esset qd causaret eā. et ita de alijs nisi tamē aliqd aliud ipediat. s. vt cum hoc qd potentia est passiua sit etiā actiua. sicut est potētia visiva. De cōparatiōe aut potētie passiue ad velocitatē et ad spaciū dicat omnino sicut dictū est de potētia actiua in precedenti questione. De cōparatione aut eius ad tēpus videtur in sequente questione vna cum potentia actiua.

**Ad rationes** ad p̄mam dico qd quādo Aristo. dicit potētia passiua terminari minimo. intelligit minimo numerabili sine fractione modo quo dicitur in alia questione de maximo. Cōsimili modo ad secundā. Ad tertiā dico qd retinere nō est pprie agere. sed bene est motū talis ferri ipedire recte. sicut si duo hoies eque fortes traheret se vnus ad vnā partē et alter ad alia. vnus nihil ageret pprie in alter. sed vnus bene ipediret alter. et ita le ipedimentū pot bene fieri a pportione equalitatis. modo quo etiam dicebatur in alia questione de lapide vt octo in grauitate posito super caput fortis vt octo in potentia. sic dico in pposito qd in talis ferri descēsu deuenit ad aliquod p̄mū instās in quo gescit. et tūc reliquit sup se minimū arcū qui ipm retinet et ipedit qd nō pot descēdere. nec ppter hoc potētia passiua terminat minima potētia actiua a qua pot pati. ex eo qd illud ipedire non est pprie agere. Vltorius dico qd ille idem minimus arcus qui sufficit ferz retinere est maximus qui nō sufficit ferz attrahere. qd quidē attrahere est pprie agere. Ecce ergo tūc maximā potētia actiua a qua nō potest pati illa potētia passiua.

Adhuc si prius virtus existit actu omni existet tempore etc. Textu commenti centesimi trigēsi miscundi.

Questio XVI.



**Tertium** pposito erat. vtrum oēns habeat potētia respectu sue duratiōis p maximū tēpus per qd pot durare. et arguitur pmo qd nō. nā tūc sequeretur qd durare per dupluz tēpus esset duple potētie. et durare per quadruplū tēpus eēt quadruple potētie. et durare per infinitū tempus esset infinite potētie. sed hoc est falsuz. pmo qz tūc celū esset infinite potētie ex eo qd potest durare per tēpus infinitū. secundo. nā tūc terra ppe centrū etiā esset infinite potētie. quia talis nunquā corrumper. sed durabit per tempus infinitum. ex eo qd nunquā corrumper nisi a contrario sibi applicato. sed terra existēte in centro nunquā applicabit contrariū sibi. Cōsimiliter posset argui de igne existēte in loco sibi nāli. s. in concauo orbis lune. Secundo ad principale si aliquod mixtum sicut homo haberet potētia durandi per maximuz tempus: vita talis hominis vltra illud tempus non potest prolongari. quod videtur esse contra medicos. cōsequētia videtur tenere ex hoc qd vltra maximum non est maius. et etiam si vita eius vltra illud tempus prolongaretur. tūc illud tempus non fuisset maximuz per qd ille homo poterat durare. Tertio. si entia sic eēt determinata maximis temporibus quibus possent esse et vivere. vtiqz illa mixta essent maioris potētie duratiue in quibus contraria essent magis adequata. consequens est falsum. cōsequētia probatur. quia postquā corruptio fit a conerario. tūc illa in quibus contraria sunt magis adequata minus cito deberent corrumpi. et per consequens diutius durare. falsitas consequentis patet ex eo qd homo non diutius. imo minus durat qz lapis in quo quidem lapide contraria

3. 9. 9.



minus sunt adequata q̄ in homine. **Quarto**. si aliquid ens per tēpus durat semper durabit. ergo questio falsa. cōsequētia tenet. antecēdēs pbatur. q̄ si aliquid ens per tēpus durat. tūc per illud tēpus potentia duratiua resistens corrupentibus est maior q̄ potētia corruptiua: sed q̄ diu ipsa est maior nunq̄ remittitur. ergo in fine illi tēporis potentia duratiua adhuc est tāta quanta erat in p̄ncipio: ergo in fine illius tēporis adhuc v̄z est dicere q̄ talis potētia duratiua adhuc per tantū tēpus p̄t manere sine ei remissiōe: et in fine illius adhuc per tantū: et sic semp: et sic si aliqua res totalr potest durare p̄ vnuz tēpus sine aliq̄ corruptione sui. videt q̄ semp possit durare. videt ergo q̄ entia nullam habeāt potētia ad durandū. alr eniz videt sequi illud qd dictū est. qd tamen est falsum.

**Oppositum** videt velle Arist. in littera. et etiam in sc̄do de generat. **In** ista questioe. p̄mo sunt ponēde quedā distinctiones et cause corruptionis in generali. Sc̄do videndū est de causis durationis. Tertio videndū est de questio.

**Quantum** ad p̄mū sit p̄ma distinctio. duplices sūt substantie. s̄ simplices et mixte. **Sc̄da** distinctio substantiāz quedāz sunt corporee q̄daz in corporee. Corporee sicut celū et elemēta. icorporee sicut deus et intelligentie. **Tertia** distinctio. substantiāz simplicium et corporeaz. quedā nō habēt materiā neq̄ contrariuz. materiam q̄dem que sit subm generationis et corruptionis. sicut sunt orbēs celestes: quedā autē habent talem materiā et contraria sicut sunt elementa. **Quarta** distinctio. substantiāz mixtaz quedā dicuntur homogenee quedā eterogenee. homogenee dicuntur quaz partes q̄ritatiue suscipiūt predicatōne nominis toti. sicut est lapis. vel lignū. vnde quelibet pars lapidis est lapis quelibet pars ligni dicit lignū. eterogenee dicuntur quoz nō q̄libet pars q̄ritatiua suscipit predicatōne nominis toti. sicut est hō: vel leo vnde nō q̄libet pars q̄ritatiua hōis est hō. **Adhuc** p̄t poni quinta distinctio. q̄ subaz simplicium materialium q̄dam dicuntur simplices tam subalteris q̄ q̄ritatiue: sicut aq̄ frigida. quedā autem dicuntur simplices subalteris: sed mixte q̄ritatiue: sicut eēt aq̄ calefacta. **Tunc** sit p̄ma conclusio. et de causis corruptionis in ḡnali. ois suba determinās sibi cōtrariū est corruptibilis. pbatur. q̄ ois talis suba est alterabilis. ex eo q̄ causa alterationis est cōtrarietas: et q̄ talis suba determinat sibi aliquā q̄litatē habentē cōtrariū: sequit q̄ per applicationez qualitatis h̄ie qualitati quā determinat sibi illa substantia ē alterabilis: sed si est alterabilis est corruptibilis: q̄ determinatum est p̄mo de ḡnatiōe si alteratio est p̄lis tūc corruptio et ḡnatio sunt possibile: ex eo q̄ alteratio est p̄pter generationez et corruptionē: et si non esset corruptio et generatio nō esset alteratio. ergo omnis qualitas alterabilis et remissibilis est corruptibilis: et p̄ ois suba determinās sibi illaz q̄litatem est corruptibilis: naz corrupta illa qualitate corruptitur substantia que sibi illā qualitatem determinat. vñ sine tali qualitate talis substantia eēt nō potest. si. n. sit tūc ipsa sibi ipsam nō determinaret. qd est cōtra hypothēsīm. **Sc̄do** ad idē. omne habēs materiāz est corruptibile. p̄ h̄ p̄mo phy. et p̄ h̄ rōne. q̄ aliter potētia materie que eēt ad aliam formā frustraret. sed ois ḡnatiua determinās sibi qualitates habentē cōtrariū habet materiā. ergo ois talis substantia est corruptibilis. **Sc̄da** conclusio nulla corruptio substantie est ab intrinseco p̄mo. et voco corruptionē ab intrinseco p̄mo cuius q̄libet pars in q̄libet partē eēt actiua. et voco illā ab intrinseco non p̄mo cuius vna pars bene est actiua in aliā et alteratiua alterius: nō tñ q̄libet in quālibet. pbat̄ cōtra. ois suba corruptibilis vel ē mixta vel simplex: si ē simplex: et est corruptibilis ipsa est m̄lis. et per ois elemētāris: sed elemēta nō habēt in se p̄ncipia sue corruptionis: ex eo q̄ nō habent in se quali-

tates cōtrarias. si autē dicat q̄ sit substantia mixta. adhuc non habet in se p̄ncipiū sue corruptionis primo: ex eo q̄ tunc q̄libet pars eius in quālibet partem eius eēt actiua: et sic eadez pars in seipsaz esset actiua: qd est falsuz: ex eo q̄ eadem sibi nō est cōtraria: et etiā quia qdlibet ens diligit seipsuz permanere: et per se sequens. nō est sui ipsius alteratiuum. nec dispositiuū ad sui corruptionem. **Tertia** conclusio. suba mixta eterogenea bñ habet in se p̄ncipiū sue alterationis et corruptionis. nā p̄mo p̄z de hōie cui vna pars determinat sibi maiorem caliditatē: alia minorē: que quidez partes bñ mutuo se alterant: et se ducūt extra suas dispositōes nales: et aliquādo in tantū q̄ sequit mors et corruptio. **Quarta** conclusio. substantie mixte homogenee si corumpuntur ab intrinseco: nō tamē ita cito sicut eterogenee: patet ex eo q̄ nō est tanta diuersitas iter pres homogeneoz quāta est iter partes eterogeneoz: et hoc est in q̄litatibus alterationis: vnde in lapide partes nō differunt tantū p̄m caliditatē et frigiditatē sicut i hōie differūt cor et cerebz. **Quinta** conclusio. suba corporalis simplex et substantiāliter et q̄litatiue nullo mō h̄z in se p̄ncipiū sue alterationis nec corruptionis. nec p̄mo nec nō p̄mo pbatur. nam aliter nō esset simplex substantiāliter et qualitatiue. **Sexta** conclusio. suba simplex substantiāliter: et mixta q̄litatiue bñ habet in se p̄ncipiū sue alterationis qua p̄t se trahere a sua dispositōe innaturali ad naturalē: patet de aqua calefacta que se ipsam alterat et trahit se ad frigiditatē p̄zē. nec valet dicere q̄ hoc faciat mediū circūstans: nā aqua talis aliquā trahit se vltra maiorez frigiditatē q̄ sit frigiditas mediū circūstans: et cū nihil agat vltra gradū p̄prium concluditur q̄ mediū circūstans non est illud qd trahit aquā calefactā ad frigiditatem priorem. **Ex** his conclusionibus sequit p̄mo q̄ elemētū simplex corumpitur vnico modo scilicet ab extrinseco: ab intrinseco enī corūpi non potest: ex eo q̄ nō habet in se p̄ncipiū sue alterationis a dispositōne sibi naturali. sequitur secundo q̄ mixtum duplici modo potest corumpi. scilicet ab intrinseco et ab extrinseco. **Ex** quibus sequitur. tertio q̄ simplex debet magis durare q̄ mixtum. nam vbicumque ponitur mixtum habet circa se vel intra se p̄ncipiū sue corruptionis. sed simplex quando ponitur in loco sibi naturali licet habeat prope se p̄ncipiū sue corruptionis. non tamen intensum. et cum hoc vbicumq̄ ponit̄ caret p̄ncipio sue corruptionis intrinseco. hec de p̄mo.

**Quantum** ad sc̄dōz videndū est de causis durationis que sūt p̄les. quaz vna ē. homogeneitas. qd statim patet. ex eo q̄ eterogeneū corūpi p̄t ab intrinseco et extrinseco. q̄to ergo plus declinat ab eterogeneitate ad homogeneitatem tāto debilius efficit p̄ncipiū sue corruptionis intrinsecū. et ideo nullū viuens ita diu p̄t durare sicut terra vel lapis. cuz sit magis eterogeneum. et hoc ceteris paribus. **Sc̄da** causa est similitudo in qualitativis loci cōtinētis et rei cōtēte: et ideo locata magis durat in vno loco q̄ in alio. puta in illo vbi minorē habent cōtrarietas ad qualitates loci. **Tertia** causa est durities et resistētia passi in diuidēdo. et ideo forte duratio dicta est a duritie. q̄ magis dura magis durat. vnde diuisio alicuius facit ad citiozē corruptionē diuisi. et ideo que sunt dura et difficilius diuisibilia magis durat. **Quarta** est bona et fortis cōmixtio humidi cuz sicco sicut patet quarto methēoroz. **Quinta** causa est latitudo cōplexionis. vnde aliqua sunt que statim p̄pter modicā variationē p̄ortionis in p̄mis qualitativis corūpūnt. sicut homo et alia que non sunt sicut ferz qd p̄t fieri valde calidū sine corruptione p̄pter maiorez latitudinez sue cōplexionis. **Sexta** est tēperamentū in qualitativis. vnde homo tēperatus in illis est lōgioris vite. Plures possent assignari cause durationis. sed iste ad p̄sens sufficiūt. **Tūc** sit p̄ma conclusio. secundū cōbinationē vel obuiationē et cōcurrētiam starum causarum et aliarum si sint plures accipitur differē

3<sup>a</sup>

4<sup>a</sup>

5<sup>a</sup>

p̄ca durat  
 p̄mo  
 p̄mixta  
 p̄mixta  
 p̄mixta  
 p̄mixta  
 p̄mixta

2

3

4

5

6



tia in duratōe rez fm magis 7 minus. patet ex eo q magni-  
tudo 7 paruitas effectus accipiuntur fm magnitudinē 7 par-  
uitatē causaz. ita q vos debetis scire q nō oportet si ad du-  
rationē vnius effect<sup>9</sup> concurrunt tres de dictis causis 7 ad-  
duratōe alterius alie tres: q ergo illi effectus equalr du-  
rent: q forte vna de istis facit plusquaz oēs alie tres: 7 ideo  
oportet aduertere concurrentiā causaz nō fm q̄titatē discre-  
tam: s; fm vigore 7 fortitudinē maiore vel minore causari.

**¶** Ex quo sequitur q nō oportet q si in tali mixto miscibilia  
seu cōtraria sunt magis adēq̄ta. q ergo illud mixtū diuti<sup>9</sup>  
duret: q forte vñ aliud mixtū sicut lapis vel ferrū licet nō  
habeat illā causaz sue duratiōis: tamē habet aliā fortiozem  
vel fortiozem illa propter quas diuti<sup>9</sup> durat. in lapide enim  
vel fortiozem illa ad questionem contraria nullo modo sūt  
ita adēquata sicut in homine: 7 tñ ipse diutius durat: quia  
latitudo sue complexionis est maior. quia est magis durus  
7 magis potēs ad resistendū q̄litatibus cōtrariis suis q̄lita-  
tibus quas sibi determinat. **¶** Secūda cōclusio est. qd nō est  
corruptibile nō habet cōtrariū: nec cōtrariū sibi b̄ret contrariū vti  
p3. nā cum d̄rietatē sit cā corruptionis si b̄ret contrariū vti  
q̄tē corruptibile. cuius oppositū supponit in cōclusionē.

**¶** Tertia cōclusio. qd nō ē corruptibile nō hz potentiaz re-  
sistendi d̄rio. patet qz cui nō habeat cōtrariū per p̄cedentes  
cōclusiones frustra haberet talē potentia. **¶** Quarta cōclu-  
sio. qd nō ē corruptibile nō habet aliquaz potentia ad duran-  
dum. probat. nā potētia durādi nō est aliud nisi potētia re-  
sistendi d̄rio vt suppono. sed q nō est corruptibile nō habz  
potentia resistēdi cōtrario per p̄cedentē cōclusionē. ergo qd  
nō est corruptibile nō habet potentia ad durandū. 7 b̄ dicit  
h̄ cōclusio. Ex quo sequitur q in celo cū sit icorruptibile non  
est aliqua potentia ad durandū. Ex quo sequitur vltimus q  
nō valz hec cōsequētia: celū durabit p̄ tēpus ifinitū. ergo  
celus habet potentia durādi per tps ifinitū. nā cōsequēs est  
falsū per p̄cedēs correlariū. 7 aīs est vey. 7 per hoc soluitur  
vna ratio facta ad questionē.

**Quantum** ad tertiū sit p̄ma cōclusio. q omne elemē-  
tum simplex aliqui corrupet. pbatur p̄  
mo ex parte agentis. qz ignis in spha sua aliqui descendit ad  
locū sue corruptiōis p̄pter aliquaz cōstellationē ipsū regen-  
tem. **¶** Secūda p3 b̄ idē ex parte materie. qz cuiuslibz elemē-  
ti materia est in potētia ad aliā formā. sed talis potentia nō  
perpetuo frustra. ergo aliqui habebit aliā formaz. 7 tūc cor-  
rumpef illud elementū. **¶** Tertiū pbatur idē ex parte fi-  
nis: qz elemēta principalr sunt propter mixta: et ideo illud  
elemētūz eēt frustra qd nō aliqui veniret ad locum mixtōis:  
s; ipō veniēte ad locū mixtōis corrupit. ergo rē. **¶** Secū-  
da cōclusio: oē mixtus aliquādo corrupet. p3. qz est corru-  
ptibile 7 ab intrinseco 7 ab extrinseco: 7 sic habet plures causas  
sue corruptiōis q̄ simplex elm: 7 eque fortes. 7 ideo qz elm  
simplex aliqui corrupet per p̄cedentē cōclusionem: multo  
magis mixtū. **¶** Tertia cōclusio. de quolibet ente nāli vey  
est dicere q est simplex elm vel mixtū qd per aliqd tempus  
pōt durare. 7 per aliqd non. p3 per p̄cedentes duas cōclusio-  
nes. **¶** Quarta cōclusio. q cuiuslibet entis nālis corruptibi-  
lis potētia durādi est terminata vel maximo tēpore vel mi-  
nimo per qd pōt durare: vel maximo vel minimo p qd non.  
patet. nā ex quo per aliqd tempus potest durare. 7 per aliqd  
nō per p̄cedentem cōclusionem. oportet dare maximum  
tps vel minimū per qd potest durare. vel maximum vel mi-  
nimū per qd non. **¶** Quinta cōclusio. nō est dare minimum  
tempus per quod res corruptibilis potest durare. pbatur.  
nam. quocunq; tempore dato per qd data res corruptibilis  
potest durare eadem per minus tempus potest durare. Un-  
de si aliqua res potest durare per annum eadem res potest  
durare per medietatē anni 7 per medietatē medietatis rē.  
7 per oīs potētia durandi talis rei non est terminata mini-

mo tēpore per qd potest illa res durare. **¶** Sexta cōclusio.  
nō est dare maximum tempus vltra qd aliqua res corruptibi-  
lis potest durare. pbatur. nam si sic sequeret q esset dare vlti-  
mum instans esse talis rei. sed hoc est falsum. consequentia  
pbatur. nam sit illud tps. a. 7 b. sit istās terminans exclusi-  
ue ipm. tunc si a. est tēpus maximū vltra qd for. verbi grā.  
pōt durare. tunc vsq; ad. b. instans inclusivē qd terminat. a. tē-  
pus exclusivē for. pōt durare. 7 non vltra. qz si vltra a. tūc nō  
esset maximum tēpus. vltra qd for. pōt durare. quia vltra ma-  
ius pōt durare. sed si for. durat vsq; ad. b. instans inclusivē. 7 nō  
vltra. tunc in. b. instanti vey erit dicere for. modo est. 7 imme-  
diatē post hoc nō erit. 7 sic. b. instans erit vltimum. instās esse  
fortis. sed falsitatē istius p̄bo sic. qz in. b. instanti potētia for-  
tis nō est idiuisibilis. 7 per cōsequēs nō subitō corrupit. 7 p̄  
oīs tēpus erit anteq̄z corrupatur. 7 per consequens b. in-  
stans nō est vltimū instans eē fortis. 7 ita arguerē de quacū-  
q; alia re corruptibili. 7 de quocūq; alio instanti qd aduerfari-  
us diceret eē vltimū istās esse talis rei corruptibilis. **¶** Se-  
ptima cōclusio. nō est dare maximum tēpus per qd res corru-  
ptibilis non pōt durare. pbatur. naz quocunq; tēpore dato  
per qd res corruptibilis nō potest durare: est dare mai<sup>9</sup> per  
qd non pōt durare. si eni non pōt durare per min<sup>9</sup> etiaz non  
pōt durare per maius. 7 ideo iter tēpora p que res corrupti-  
bilis non pōt durare nullū dat maximum. 7 hoc vult cōclusio  
**¶** Octava cōclusio. bene dat minimum tēpus vltra qd res  
corruptibilis non pōt durare. pbatur. naz per quartā cōclu-  
sionē q̄libet res naturalis corruptibilis terminatur maxi-  
mo tēpore vel minimo vltra qd pōt durare. vel maximo vt  
minimo vltra qd nō. sed nō terminat minimo vltra qd pōt  
per 5<sup>am</sup> cōclusionem. nec maximo per 6<sup>am</sup> cōclusionem. nec  
maximo vltra qd non per 7<sup>am</sup>. ergo minimo vltra qd non.  
7 hoc dicit cōclusio. 7 hoc est illud tempus q est terminatū  
exclusivē ad primū instans. nō esse talis rei. 7 inclusivē a parte  
ante p̄mo instanti esse eiusdē rei. qd quidē tēpus est mensu-  
ratiū illius rei quantū ad duratōnē suā naturalez. **¶** No-  
na cōclusio. rei nālis corruptibilis dat maximum tempus in  
quo pōt durare. p3. idēz tēpus qd est minimum vltra qd nō po-  
test durare est maximum in quo pōt durare: qz quādiu est ali-  
quod instans intrinsecū talis tēporis illa res potest durare: 7 i  
nullo instanti extrinseco illa res pōt durare. p̄pter hoc q illd  
tēpus dictū est esse minimum vltra qd illa res nō potest dura-  
re: 7 p̄pter hoc dicto tēpore non dat maius tēpus in quo il-  
la res possit durare 7 in q̄libet instanti illius tps illa res po-  
test durare. ergo illud tēpus est maximum tempus in quo illa  
res pōt durare. Et ista cōclusio posita sit p̄ intentionē Ari.  
**¶** Decima cōclusio. nō oē ens habet potentia sue duratiōis  
per maximum tēpus per qd potest durare. patet de rebus icor-  
ruptibilib<sup>9</sup> quaz duratio nō est terminata nec terminabilis.

**Et ex hoc** soluta ē prima ratio vna cū vno correlario  
posito iuxta 4<sup>am</sup> cōclusionem secundar-  
ticuli. **¶** Ad scđam cōfirmationē. nego q terra ppe centrū  
sit incorruptibilis. imo dico q aliquādo corrupet. nā p̄o-  
pter fluxum multarūz partiū terre vna cum fluviis fluenti-  
bus ad mare aliaz partem terre cooperiēs pars terre que ē  
modo vltra terram centralē fit grauior: 7 pars terre que est  
citra fit leuior per ablationem talium partium terrestriūz  
ab ipsa. 7 sic tandē partes terre que modo sunt in centro ali-  
quando erunt hic in superficie: 7 tunc per applicationes suo-  
rum contrariōrum corrupentur secundū se totas: vel sal-  
tem fm suas partes. **¶** De igne autem modo existēte in cō-  
cauo orbis lune quomodo aliquando corrupetur dictum  
est in corpore questionis. **¶** Ad secundam principalem de  
prolongatione vite dico q bene potest prolongari: sed non  
quātūlibet. vnde vita hominis non potest prolongari vl-  
tra certam periodum vel durationem determinatam p̄o-  
speciē humana. s; bene possit quantū est ex parte individui.



ad hoc valet medicina. Ad tertiam nego consequentiam... si aliquid ens per tempus durat semper durabit. nego. Et quando dicebatur. si durat per aliquid tempus in cuius fine est tunc potest sicut erat in principio adhuc potest durare per tantum; bene concedo: sed ulterius dico quod hoc non potest contineri quantumlibet propter motum celi: et constellationes alias: et alias que sunt cause corruptionis: et generationis istorum inferiorum: sicut probat Aristoteles in secundo de generatione.

Manifestum autem et aliter quod impossibile corruptibile ens non corruptum esse quandoque et cetera. Textu pmenticentiesimi trigiesimi tertij.

Questio XVII.



Primum propositum erat. utrumque corruptibile necessario corrumpitur. arguitur primo quod non de partibus centralibus terre que sunt corruptibiles: quia composita ex materia et forma: et tamen non necario corrumpuntur. quia non videtur quomodo sibi posset applicari corruptio. sicut est ignis aut aer que sibi sunt contraria. Sic sic potest argui de igne contiguo cœcauo orbis lune. Et confirmatur. quia talia simplicia non senescunt. ergo non corrumpuntur. consequentia videtur tenere ex eo quod corruptio videtur presupponere senectutem. antecedens patet. nam dicitur quarto meteororum quod ignis non putrescit: et cum senectus sit quedam putrefactio sequitur quod ignis non senescit. Secundo arguitur de auro quod est corruptibile. quia habet materiam: et tamen nunquam corrumpitur. prout alchimiste dicunt se esse expertos: quod habent artem corrumpendi omnia alia metalla et non habent artem corrumpendi aurum. Tertio arguitur. de qualitate symbola que manet eadem in genito que fuit in corrupto. sicut est caliditas que manet eadem in igne que fuit in aere quod ex aere generatur ignis. si ergo ex aere fiat ignis. et ex igne aer absque hoc quod illa materia aliquando subiacet forme aquę vel forme terre. nunquam illa caliditas corrumpitur. et tamen est corruptibilis. ergo et cetera. Quarto lumen lune ad quod non attingit umbra terre est corruptibile. et tamen nunquam corrumpitur. ergo non omne corruptibile necessario corrumpitur. Quia tenet. prima pars antea probatur. nam lumen lune ad quod potest attingere umbra terre et lumen lune ad quod non potest attingere umbra terre sunt eiusdem speciei. sed primum est corruptibile. nam aliquando corrumpitur sicut in eclipsis lune quando terra diametraliter interponitur inter solem et lunam. ergo secundum etiam est corruptibile. et tamen nunquam corrumpitur ex eo quod nunquam applicabilis sibi corruptio. Quinto aliquid corruptibile contingenter corrumpitur. non omne corruptibile necio corrumpitur. Quia tertia pars de sorte qui forte cras a casu occidetur. modo quod a casu corrumpitur contingenter corrumpitur.

Oppositum videtur velle Aristotelem et commentatores. In ista questione primo ponam aliquas distinctiones. Secundo conclusiones.

Prima distinctio est ista. quod refert dicere omne corruptibile necessario corrumpitur. et dicere omne corruptibile corrupti est necessarium. prima. non est diuisa. et secunda est composita sicut scilicet ex logica. Secunda distinctio de corruptibilitate. corruptibile vno modo dicitur de omni illo quod potest corrumpi. siue sit. siue non sit. et secundum illam acceptionem diceremus antiphrasem esse corruptibilem: et ita large non accipitur corruptibile in proposito. alio modo sumitur corruptibile pro omni illo quod est et potest corrumpi. et sic accipitur corruptibile in proposito. et dicitur de substantia corruptibili. et sic de accidente corruptibili. Tertia distinctio quod duplex est potentia. scilicet naturalis et supernaturalis.

Tunc sit prima conclusio. secundum potentiam supernaturalem non oportet quod omne corruptibile aliquando corrumpatur. probatur. nam talis potentia posset aliquando corrumpi et sic corrumpitur et conseruari in perpetuum. Sed diceret si talis res perpetua

bis tunc est perpetua. et si est perpetua tunc non est corruptibilis. Respondetur concedendo quod si talis res perpetua est quod tunc est perpetua. Ulterius tamen concedo quod eadem res que potest perpetuari potest corrumpi et conuerso. Unde concedo quod corruptibile potest esse perpetuum: et perpetuum potest corrumpi. nego tamen ista potest esse corruptibile esse perpetuum et possibile est perpetuum esse corruptibile. Predictam tamen conclusionem non concederet Aristoteles. Nos secundum fidem nostram ipsam concedere debeamus. Tunc sit alia conclusio secunda secundum philosophum. omnis substantia corruptibilis corrumpitur. probatur primo ex parte materie. quia omnis substantia corruptibilis habet materiam que semper est in potentia ad essendum sub alia et alia forma: et cum talis potentia non sit perpetuo frustra. sequitur quod aliquando reducitur ad actum. et tunc recipiet vnam aliam formam a forma quam iam habet. et tunc oportet formam precedentem corrumpi. cum non sit possibile secundum potentiam naturales tales duas formas stare simul in eadem materia. cum autem talis forma precedentis corrumpitur: etiam substantia composita cuius illa est pars. scilicet essentialis corrumpitur. Secundo omnis substantia corruptibilis vel est simplex vel mixta. si simplex ipsa aliquando corrumpitur sicut pars de elementis. quia materia eorum semper appetit esse sub alia et alia forma. si autem mixta iteque aliquando corrumpitur: quia si est mixta et cum miscibilia ex quibus est mixta sint contraria. et continue agant et patiuntur adinuicem. sequitur quod aliquando corrumpitur. Tertio ratione Aristoteles. si aliquid corruptibile posset semper durare sequeretur quod idem potest non esse. et non potest non esse. probatur contra. quia sequitur. est corruptibile. ergo habet aliquam potentiam resistendi contrariis. et tunc si potest resistere per infinitum tempus habet potentiam infinitam itensiuam. quod a nullo diuino potest remitti vel corrumpi illa potentia. quia infinitum non potest pati a finito nec ab infinito. et sic illud est incorruptibile quod ponebant corruptibile. et ultra. ergo non potest non esse. et quia est corruptibile potest non esse. et sic potest non esse. et non potest non esse. quod est probandum. Quarto. omnis substantia corruptibilis habet finitam potentiam sue durationis. ut dicebatur in precedenti questione. et aliquando finietur talis potentia. et per contrarium tunc talis substantia corrumpitur. Tertia conclusio. nulla substantia corruptibilis necessario corrumpitur. probatur. omnis substantia corruptibilis contingenter corrumpitur. ergo non necessario. Quia tenet. antecedens probatur. nam omnis substantia corruptibilis vel corrumpitur ab intrinseco vel ab extrinseco. si ab extrinseco hoc est per applicationem contrarij. talis autem applicatio libere arbitrii potest impediri. et sic contingenter corrumpitur ab extrinseco. si autem corrumpitur ab intrinseco. hoc est ex eo quod vniu elementum dominaat super alia: et sic fortis super alia. modo actio elementum fortioris etiam potest impediri. puta per aliquam medicinam vel huiusmodi. Quarta conclusio. de intentione Aristoteles. hec est necessaria. omnis substantia corruptibilis corrumpitur. probatur. quia necesse est ita esse sicut ipsa significat. patet. quia si non tunc eius oppositum stabit. scilicet aliqua substantia corruptibilis non corrumpitur. modo hoc est falsum. et contra secundam conclusionem. Sed dices tu. iam dixisti de substantia corruptibili quod aliquando corrumpitur. quid diceretis tu de accidentibus corruptibilibus. utrum aliquod tale corruptibile nunquam corrumpitur. Distinctio de accidentibus. quod quedam sunt accidentia que corruptibilia sunt per se sicut caliditas. vel ex consequenti sicut albedo. alia sunt accidentia corruptibilia non a suis contrariis per se vel ex consequenti: sed propter absentiam conseruantis. sicut est lumen. vel species in medio. De accidentibus primo modo dictis dicendum est sicut dictum est de substantijs corruptibilibus. De accidentibus autem secundo modo dictis sit quinta conclusio. quod quilibet tale est corruptibile. et tamen possibile est quod nunquam corrumpatur: sicut prius arguebatur de lumine. unde lumen de natura sua non repugnat quod corrumpatur. et tamen aliunde sicut per presentiam conseruantis potest perpetuo conseruari. Et ratio est. quia tale accidens non habet contrarium positium. et ideo nullius est virtutis ad resistendum contrario. et propter hoc non oportet si nunquam corrumpatur sed duraret in perpetuum.



ergo haberet virtutem resistendi infinitam. Sed diceres. contra. nam si talia accidentalia sunt corruptibilia. et possibile est quod nunquam corrumpantur. sequitur quod potentia eorum ad corruptionem est frustra. Respondet distinguendo de potentia. quod quedam est potentia ad unum positum. sicut frigidum est in potentia ad calidum. et si materia nunc frigida que potest esse calida nunquam haberet caliditatem. potentia talis manet ad caliditatem diceret esse frustra. et talis potentia frustrari potest non concederet per se. alia est potentia ad variationem. eo modo quo nunc existens medium illuminatum potest fieri umbratum. et talis potentia frustrari non est inconueniens. nec talis est potentia nisi aditionaliter. ex hoc potest solui instantia.

**Ad rationes** ad primas. scilicet de partibus centralibus terre. quod dictum est in alia questione quomodo aliquando corrumpitur. Ad confirmationem quod dicebat simplex non est sensibile. dico quod imo. sed tamen quod omnis senectus fit per alterationem: et mixta continue alteratur. ideo continue senescunt per processum temporis. sed quod simplicia sicut ignis in sphaera sua. et partes centrales in centro per multos annos non alterantur. etiam per multos annos non proprie senescunt: sed appropinquant corruptioni. sed statim cum alterantur senescunt. non tamen per putrefactionem quemadmodum mixta. sed per dispositionem eorum ad corruptionem factam per eorum contraria. Ad secundam de auro. dico quod imo aliquando corrumpitur. et quod arguitur alchimiste non possunt ipsum corrumpere per artes suas. sed non corrumpitur. neganda est consequentia. quod natura multa potest que non potest ars. unde quis ars bene disponat ad corruptionem. tamen non potest eam implere. Sed tamen potest nam. et ideo natura vigorosior est ad corrumpendum quam ars.

Alterius dico quod bene auctor propter diuturnitatem suam et breuitatem vite hominum videtur quod nunquam corrumpatur. sed ita non fit. Ad tertiam de qualitate symbola. dico quod necesse est aliquando in aliqua reuolutione celi quod illa materia que est sub forma aeris vel ignis aliquando fiat sub forma terre vel aquae. nec est possibile quod ita perpetuo ex aere fiat ignis et e converso. modo quod materia aeris vel ignis erit sub forma terre vel aquae tunc talis caliditas de qua arguitur corrumpitur. et ita dico de quibus aliam materiam quod talis est cursus nature quod quelibet portio materie sub qualibet specie fuit infinites et erit. sed forte non ordine eodem. et hoc supposita eternitate quam credidit Aristoteles. Ad quartam de lumine. lumine ad quod non attingit umbra terre potest dici secundum quod dictum est in quinta conclusionem. aliter potest dici quod non est aliquid lumine lune quin corrumpatur. licet aliquod aliquando corrumpatur per umbram terre. aliquod etiam corrumpitur aliunde. unde propter motum solis potest dici quod in luna continue est aliud et aliud lumen propter diuersum aspectum quem sol habet ad lunam. unde in medio illuminato a sole in quolibet instanti est aliud et aliud lumen. pro hoc quod in quolibet instanti sol habet alium et alium aspectum super illud medium. Ad quintam concedo totum argumentum. quod nihil de necessitate corrumpitur sicut dixit tertia conclusio. cum bene stat quod forte et similitur platonem et quacumque aliam substantiam corruptibiles corrumpi est necessarium. Et sic est finis questionis.

Est autem et sic videre quod impossibile aut quod factum est quandoque incorruptibile aliquid perficere. Aut ingenerabile ens et semper prius quod corrumpi et cetera. Textu memeti ceterisimi trigessimiquarti.

Questio XVIII.



**Quantum** oppositorum erat. videlicet aliquid non nouo genitum possit perpetuari. et aliquid eternum possit corrumpi. id est videlicet aliquid non perpetuum a parte ante possit perpetuum a parte ante et possit non esse perpetuum a parte post. De primo arguitur primo quod sic de anima intellectiva que est

non perpetua a parte ante. cum cuiuslibet hominis anima intellectiva de nouo incipiat esse illo homine incipiente esse. et tunc est perpetua a parte post. Et primo. nam aliquis ignis potest de nouo generari: et in cauo orbis lunari est locus naturalis ignis poni: et ibi perpetuari sicut arguebat philosophus. Deinde arguitur de primo. nam possibile est quod aliquis mons fiat nouiter in terra. ratione cuius in aliqua parte celi causetur umbra. et corrumpatur lumine quod perpetuo ante fuit: et sic perpetuum a parte ante non perpetuabitur a parte post. Et primo. nam potentia materie ad formam sortis fuit perpetua a parte ante. quod modo est corrupta in aduentu forme sortis. Deinde arguitur simul ad utrumque questionis. nam non videtur esse impossibile quod aliquid sit finitum ab una parte et infinitum ab alia. ergo nec videtur esse impossibile prima pars questionis neque secunda. ans probatur de linea giratiua traesente per oes partes proportionales alicuius colune. que est finita ex una parte. et infinita ex alia. vnde est finita versus partes proportionales maiores. et infinita eundo versus partes proportionales minores. Hoc idem videtur de tempore preterito. quod a parte ante dicitur perpetuum. et a parte post non perpetuum. tempus autem futurum a parte ante dicitur non perpetuum. a parte autem post dicitur perpetuum.

**Oppositum** videtur velle Aristoteles et cometator. vnde potest argui sic. semper ens et semper non ens sunt contraria. ita quod semper ens necessarium est. et semper non ens est impossibile. ergo medium inter ea videtur esse contingens. sicut est illud quod est aliquis ens et aliquis non ens. quod quod est et aliquando non fuit est contingens. et per omnes potest non esse. et cum potentia non sit ad preteritum sed ad futurum. sequitur quod tale quantum ad futurum potest non esse. et cum talis potentia non frustrabitur perpetuo tempore. sequitur quod hoc aliquis non erit. et sic non erit perpetuum a parte post. Per istam rationem videtur posse probari quod non perpetuum a parte ante non est perpetuum a parte post. Et sic si anima intellectiva inciperet esse de nouo non perpetuaretur a parte post: et sic esset improbata prima pars questionis. Secundo contra eandem partem arguitur sic. si aliquid esset non perpetuum a parte ante. et perpetuum a parte post. sicut solemus dicere de anima intellectiva. tunc esset dandum vnum tempus infinitum per quod illud perpetuo non fuisset a parte ante. et tunc non esset ratio que talis res magis inciperet esse in vno instanti quam in alio. ex eo quod in tempore infinito vnum istas non habet magis rationem medium vel termini quam reliquas: et sic si talis res per tempus infinitum non fuisset nunquam esse inciperet: et sic non esset perpetua a parte post. Deinde arguitur contra ambas partes questionis simul. nam si ambe partes questionis essent vere. sequeretur quod essent concedenda plura infinita. cuius oppositum vult cometator. probatur contra. nam a parte ante perpetua a parte ante et perpetua a parte post oporteret concedere vnum tempus infinitum per quod illa res perpetuo duraret a parte post: et a parte perpetua a parte ante et non perpetua a parte post oporteret concedere aliud tempus infinitum per quod illa res perpetua durasset a parte ante. et sic oporteret concedere duo tempora infinita. vnum a parte ante. aliud a parte post.

**Procedendo** ad istam questionem distinguendum est de ipso. vnde accipitur ipse solum per illo quod implicat adictionem et posse per omni illo quod non implicat adictionem. alio modo accipitur ipse per extendit se ad illud quod non potest fieri secundum cursum nature. licet possit fieri per potentiam supernaturalem et posse solum per illo quod potest fieri secundum cursum nature.

**Tunc** sit per deo. capiendum ipse per primo. ipse est quod aliquid per genitum sic est mixtum vel etiam vel habens unum perpetuum. probatur. nam hoc esset ex cursu nature. cum tale habeat in se unum quod sit per se corruptionis. vel aliquis applicabitur suo unum ipsum corrumpitur. Secundo quod tale est suba corruptibilis vel accidens corruptibile a suo unum per se vel ex natura. sed omne tale aliquando corrumpitur per precedentem conclusionem. aliter enim sicut dicebatur in precedente questione habet infinitam potentiam resistendi suis contrariis. sciendum tamen quod cum illa conclusionem bene stat quod aliquid tale bene posset perpetuari per potentiam supernaturalem. Secunda conclusio. vniuersaliter de omni de nouo ge-

*inlece potest ad  
de traxit potest  
ad p...  
sensible*
 cōclusionem pono cōtra aliquos. qui dicūt qz cessante mo-  
 tu celi: nō tamē ifluentia ⁊ lumine: per aliq̄ tempus fierēt  
 motus ⁊ mutatiōes. s. generatiōes ⁊ corruptiōes in istis ife-  
 rioribus. sed tandē sicut dicūt ipsi: oīa ista iferiora cessarent  
 ab hō motib⁹ ⁊ mutatiōibus. verbi ḡa. ponamus qz sol mō  
 sit supra nos. ⁊ planete frigidī sint ex opposito. ⁊ qz celuz de  
 cetero nō moueatur: tūc dicūt ipsi. qz sol omnia hic existētia  
 calefacit ad summū. ⁊ ex opposita pte planete frigidī oīa fri-  
 gefaciūt ad summū. ⁊ aliq̄. sicut dicūt ipsi: iste calefactiōes  
 ⁊ ifrigidatiōes terminabunt. cū nulla alteratio possit esse p  
 petua. sicut p̄ per Aristo. octauo physicorū. ⁊ sicut dicūt de  
 calefactiōe ⁊ ifrigidatiōe. ita dicerēt pportionalr de bume-  
 ctatione ⁊ de exiccatiōe. ⁊ de alijs alteratiōibus. qz sic fina-  
 liter cessarent oēs alteratiōes. nec ampli⁹ fierēt generatiōes  
 ⁊ corruptiōes. C Breuiter falsitas istius p̄ per cōclusionē  
 sc̄dam ⁊ p̄bationē ei⁹. ⁊ etiā solutio motui istoz sic opinan-  
 tium p̄ volētī p̄siderare. C Tertia cōclusio. cessante motu ce-  
 li: non tñ lumine ⁊ influentia: licet fierēt gnātiōes ⁊ corrupti-  
 ones in istis iferiorib⁹: aliter tamē fierent q̄ modo fiāt. nec  
 ita vario mō fierent. sicut mō fiunt. p̄ hoc. ex eo qz sol ⁊ ce-  
 teri planete nō diuersimode applicarent istis iferioribus. si-  
 cut modo applicant cū celū mouetur. C Quarta cōclusio. si ce-  
 lum nō moueret nisi vnico motu. adhuc fierēt gnātiōes ⁊  
 corruptiōes in istis iferioribus. p̄batur. qz nō minus fierēt  
 q̄ si celum quiesceret. sed si celū quiesceret dicte mutatiōes  
 adhuc fierēt. sicut dicit sc̄da conclusio. C Quinta cōclusio. ⁊ ista  
 est p̄ intentione Aristo. in littera. si celū nō. moueret nisi vni-  
 co motu. nō fierent gnātiōes ⁊ corruptiōes tam elemētoz  
 q̄ alioz sc̄dm illum ordinem. ⁊ sc̄dm illa loca. sc̄dm quez or-  
 dinem. ⁊ sc̄dm que loca apparet nobis eē. ⁊ pmanere in hoc  
 mundo. p̄batur. qz nō essent applicationes agentium cele-  
 stium ad hoc sufficientes. C Ex hoc sequitur sexta cōclusio re-  
 sponsalis ad questionē. qz si debēt generatiōes ⁊ corruptiō-  
 nes in istis iferioribus fieri ⁊ pmanere sc̄dm ordinē. ⁊ sc̄dm  
 loca sc̄dm que apparet fieri ⁊ pmanere. necessē celū moue-  
 ri plurib⁹ motibus. s. motu diurno. ⁊ motu obliquo. qz mor⁹

obliquus est planetaz sub zodiaco. patet. nā secundum hoc  
 sol ⁊ alij planete aliquando accedūt ad nos. ⁊ aliquando re-  
 cedunt a nobis. ⁊ faciunt nobis diuersitatem temporum. sci-  
 licet hyemem. ⁊ estatem. ⁊ diuersitatem generationū. ⁊ cor-  
 ruptionum in istis inferioribus.

**Ad rationes.** Ille ratiōes que posite sunt ante op-  
 positū adducte vident eē p̄tra nos. ⁊ ideo ad istas dicat.  
 C Primo q̄dez ad auctoritatē Ari. qd sit dicendū patet ex  
 gnta cōclusionē. C Deinde ad p̄mā ratiōē post hoc factā q̄  
 arguebat de agentibus subordinatis. nos diceremus qz nul-  
 la esset simplr necessaria subordinatio agentū. nisi ad ipm  
 deū. vnde ita deus si vellet pōt cōburere ligna. si nō essent  
 corpora celestia: sicut si eēt. C Ad sc̄dam. illa p̄bat sextam  
 cōclusionem. C Ad terriā que fiebat de tēpore. dico qz nul-  
 lus motus dicit tēpus nisi pro quāto vtimur ipso ad mensu-  
 randū alios motus. ⁊ iō si nō esset motus celi. possemus vti  
 vno alio motu pro tēpore. sicut faciunt aliqui aliq̄ non vt-  
 dentes celū ppter nubes. vtunt operatiōibus suis pro tēp-  
 pore. dicentes tñ opatus sum. tēpus ē prandēdi. ecce illi sua  
 opatione vtunt pro tēpore. sed qz cōmuniter vtimur motu  
 celi pro tēpore huius causa est. qz inter omnes motus ipse ē  
 regularissimus. ⁊ oibus notior. ⁊ cōmuniōz. de quo videndū  
 est in quarto physicoz. Et sic est finis questionis.

**De motu autem ipsius quia regularis ē ⁊ nō  
 irregularis: deinceps vtique dictis erit pertransi-  
 re ⁊ c.** Textu p̄menti trigessimū quinti.

Questio XIII.

**S**ertum propositoz erat. Utz motus  
 celi ab oriēte in occidentē sit  
 regularis. hic vnū supponit: ⁊ aliud q̄ritur.  
 supponit. n. qz celuz mouet. quo supposito  
 queritur vtrum motu regulari.

**Contra** suppositum arguit sic terra  
 mouet ab oriēte in occiden-  
 tem. ergo celū nō sic mouet. imo quiescit. Nequētia p̄bat.  
 qz si ambo mouerētur ab oriēte in occidentē p̄tinue. idem  
 p̄ctus celi eundē punctū terre eodē modo respiceret. saltē  
 si sic mouerētur eque velociter: qd est falsum. p̄mo ad ex-  
 perientia. nam tūc sol nobis nō oriretur nec occideret. postq̄  
 semp eandē partē terre eodē modo respiceret. nec etiā tūc  
 fierēt generationes ⁊ corruptiōes in istis iferioribus. sc̄dz  
 illū ordinē. ⁊ sc̄dz illa loca. sc̄dz que apparet fieri. antecede-  
 s p̄bat. qz ignis mouet ab oriente in occidentē: ⁊ aer similitr.  
 ergo ⁊ terra cū aqua. Nequētia tenet. nā nō videt eē maior  
 ratio neque minor de istis q̄z de illis. antecedens patet per  
 Aristo. p̄mo metheoroz. Et probat etiā rōne. nā visum est  
 qz comete que generātur in sup̄ma regione aeris mouent  
 ab oriēte in occidentē. talē aut motū nō vidētur habere ex  
 se. sed rōne p̄tinentis. puta aeris in quo sunt tanq̄ in loco.  
 ergo taliter nō mouerent nisi aer sic moueret. C Secūdo  
 adhuc p̄tra suppositū. si celū moueret hoc eēt motu locali  
 sed hoc est falsum cū celū non sit in loco. C Arguit tertio.  
 adhuc posito qz celū eēt in loco nō moueret localiter. p̄bo  
 sic. nā p̄tinue maneret in illo loco nō mutādo illū nec f̄z se  
 nec f̄z suas ptes. qz nō f̄m se p̄z. qz nō f̄z suas ptes p̄bat. nā  
 medietas celi q̄ est ex vna pte egnocialis ita p̄tinue mane-  
 ret i eodē loco sic medietas celi q̄ ē ex alia pte egnocialis.

**Deinde** arguit ad q̄stionē. mot⁹ celi est nālis. ergo mo-  
 tus celi non est regularis. aīis notū est de se. ⁊  
 p̄na p̄bat. qz motus nālis est in fine velocior q̄ in p̄ncipio.  
 sed talis motus non est regularis. ex eo qz motus regularis  
 est quo q̄rit ad suas partes in equalib⁹ partibus t̄pis eqlia  
 pertransuntur spacia. talis aut nō est velocior in fine q̄ in  
 p̄ncipio. sed eque velox ⁊ in p̄ncipio ⁊ in fine. C Sc̄do aliq̄



partes celi moueretur velocius ⁊ alique tardius. ergo totalis motus celi videt esse difformis. ⁊ per om̄s nō regularis. Quia tenet. an̄s pbat. naz partes celi ppe polos mouent̄ tardius q̄ partes celi ppe equinoctialem. qd̄ p̄. qz in equalib⁹ tēporibus minores circulos deseribūt. ¶ Tertio. stelle deseruntur in celo tāq̄ fixae ei. ⁊ ideo si stelle mouent̄ irregulariter tunc etiā celū mouet̄ irregulariter. s; stelle mouent̄ irregulariter. p̄ de luna ⁊ alijs planetis. qui aliqñ mouent̄ veloci⁹ ⁊ aliqñ tardi⁹. ppter qd̄ astrologi dicūt planetas eē aliqñ directos. aliqñ retrogrados. aliqñ stationarios.

**Oppositum** Probat Aristo. in littera. ¶ In ista q̄stione p̄mo exponēdi sunt ḡdas termini. Secundo videndum est de supposito in questione. Tertio videndum de quesito.

**Quantum** ad p̄mū. sciendū est q̄ d̄ria est iter motū regularē ⁊ vniformē. nā vniformitas motus attendit̄ quantū ad partes mobilis. ita q̄ ille mot⁹ dicitur vniformis quo mouet̄ aliq̄ mobile. cui⁹ vna pars mouetur ita velociter sic̄ alia. sicut si lapis aliq̄ descēderet. nō obstat̄ q̄ ille mot⁹ in fine eēt velocior q̄ in p̄ncipio. tamen diceret̄ vniformis sc̄dm p̄p̄iā significationez vocabuli. ex eo q̄ vna medietas illi⁹ lapidis descēderet ita velocior sicut alia. ¶ Motus aut̄ dicit̄ difformis cuius vna pars mouet̄ veloci⁹ ⁊ alia tardi⁹. sicut eēt motus rote. partes. n. ei⁹ circa axē nō mouent̄ ita velociter sic̄ partes circa circūferentiā. licet bñ ille partes eā velociter circūat̄. Et ideo non est icōueniens aliq̄ motū esse motū difformē. ⁊ tamē esse circulatiōnez vniformē. Penes enī aliud attēdit̄ velocitas motus. ⁊ penes aliud velocitas circūitiōis. vñ illi motus dicunt̄ esse eā veloces. q̄ in eālibus partib⁹ tēporis eālia spacia linearia p̄transseunt̄. Sed ille circūitiōes dicunt̄ esse eā veloces. q̄bus ip̄a cozpora circūetiā in eālibus partib⁹ tēporis eāles deseribūt angulos circa centz qd̄ circūit̄. Regularitas aut̄ motus attēdit̄ ex parte tēporis. ita q̄ motus ille dicit̄ regularis quādo ip̄m mobile mouet̄ eque velociter in vna parte tēporis sicut in alia. s; ille motus d̄r irregularis quo mouet̄ aliq̄ mobile qd̄ in vna parte mouetur velocius ⁊ in alia tardius. Verūtāmē sciendū est q̄ aliqui distinguūt de vniformitate motus. dicētes q̄ pōt attendi vel ex parte partū mobilis. vel ex parte partū tēporis. Vniformitas p̄mo mō dicta est oīno eadē cuz vniformitate distincta p̄ra regularitatez. sed vniformitas sc̄do modo dicta est eadē cuz regularitate. Sed illi nō vtunt̄ ita p̄p̄ie vniformitate sicut nos vtimur sc̄dm dictas descriptiones. ¶ Alterius sciendū est q̄ nō est icōueniens aliq̄ motū esse vniformē. ⁊ nō esse regularem p̄ de motu grauis deorsuz in medio vniformi. qd̄ mouetur vniformiter. qz vna ei⁹ pars mouet̄ ita velociter sicut alia. ⁊ tamen non mouet̄ regulariter. qz mouet̄ in fine velocius q̄ in p̄ncipio. ¶ Sicut nō est icōueniens aliq̄ motū esse regularē. ⁊ tñ nō esse vniformē. p̄ de rota que in eālib⁹ partib⁹ tēporis equalia spacia deseriberet. talis enī motus rote eēt regularis nō tamē vniformis. postq̄ partes illi⁹ rote centrales nō mouerent̄ ita velociter sicut partes circūferētiales. ¶ Similr sciendū est tertio. nō esse icōueniens aliq̄ motum simul esse vniformē ⁊ regularē. sicut si aliq̄. graue descēderet in aliquo medio sic̄ p̄portionato ex p̄te resistētie. ¶ Illud graue in equalib⁹ partib⁹ tēporis equalia p̄transiret spacia. tunc enī motus illius grauis esset vniformis ⁊ regularis simul. ¶ Alterius sciendū est q̄ in celo mot⁹ potest dici simplex. vel op̄positus. ⁊ vocatur mot⁹ circularis simplex. qz est vnus mobilis cōtinui. ⁊ sup eodē polos. ⁊ ab vno motore circūscripto oī motu. p̄terq̄ super illos polos. ¶ S; motus cōpositus dicit̄ resultans ex aggregatiōe pluriū motū simpliciu in eodē mobili sup diuersos polos a diuersis motoribus. Et iste motus cōpositus in ip̄s planetis est ille qui nobis apparet. Simples aut̄ non apparent nobis disti

eti abinuicem nisi per ratiocinationem. ¶ Ista notata valebunt nobis ad tertiu articulum huius questionis in quo respondetur ad quesitum.

**Quantum** ad sc̄dm. sciendū est q̄ quidā antiquoz erant talis opiniois q̄ terra moueret̄ ab occidente in orientē. cōplendo in die nāli vna circūlatōez: ⁊ q̄ celū quiesceret. ⁊ per hoc crediderūt posse saluare apparentia illa q̄ nos saluamus ex motu celi. sicut q̄ sol aliqñ est nobis in oriēte. aliqñ in medio celi. aliqñ in occidēte. aliqñ ad in angulo noctis. credētes terram se habere sicut assaturam. ⁊ solē sicut ignē assantē. modo sic̄ ignis non mouet̄ circa assaturā. s; assatura mouetur circa ignē. ita dixerūt soles nō moueri circa terrā. sed magis terrā circa solē. ppter hoc q̄ terra idiget sole. ⁊ nō ecōuerso. ¶ Quantū ad opinionez istam pono aliquas cōclusiones. quaz prima sit ista. q̄ terra non mouet̄ ab occidēte in orientē motu diurno. nec econuerso. p̄batur. nam si sic sequeret̄ q̄ esset difficilius ire contra occidentē q̄ cōtra orientem. qd̄ est cōtra experientiam. p̄batur p̄ntia. naz ex quo terra mouet̄ ab occidente versus orientē. ⁊ aer cū ea simul. tūc qui ambularet cōtra occidentem haberet̄ aerē contra se motū. qui autē contra orientem moueret̄ cuz aere moto: s; difficilius esset moueri cōtra aerem motū q̄ cum aere moto. ¶ Secūdo similr sequeret̄ p̄pter eandē cām q̄ difficilius esset p̄cere lapidē contra occidentē q̄ contra orientem. ¶ Tertio sequeret̄. q̄ aues nō possent bñ volare cōtra orientē. qz aer isequens tantuz eleuaret̄ p̄nas eaz q̄ non possent bene volare. vnde videmus q̄ aues nō volāt cuz vento: sed cōtra ventū. ¶ Quarto seq̄ retur. q̄ piectū directe sursum nō ecōuerso caderet ad locuz a quo icēpit moueri. qd̄ est falsuz. p̄ntia tenet. naz iterim q̄ graue p̄ceretur sursum terra vlt̄er⁹ moueret̄. ⁊ sic in descēdo directe nō caderet sup partē terre sibi suppositā tunc cū icēpit moueri. ¶ Secūda cōclusio. si terra sic moueret̄ ab occidente in orientē. bñ possemus ex hoc saluare aliq̄ que nobis apparet̄ ex motu celi: sicut ortū ⁊ occasuz solis ⁊ stellaz. p̄ hoc. nā sicut iaz sol nobis in termino n̄ri orizontis existēs cōtinue ascēdit plus ⁊ plus sup nostrū orizontez vsq̄ ad mediu celi. ⁊ tūc ad occidentē: ⁊ tunc ad angulū noctis mouet̄. ita si sol ḡsceret ⁊ terra moueret̄ ab occidēte versus orientez. ⁊ nos vna cū ea. sol cōtinue magis nobis. ⁊ magis eleuaret̄ tādiu q̄ appareret in medio celi. ⁊ tūc p̄ vlt̄erōz motum celi appareret nobis declinare ad occidentē. ⁊ sic tādē itez appareret nobis in oriēte. ¶ Tertia cōclusio. non oīa apparētia in celo possent saluari p̄ quietē celi. ⁊ talem motū diurnum terre. p̄batur. naz per quietē celi ⁊ motū talem diurnū terre nō possent saluari op̄positiōes. ⁊ cōiunctiones planetaz. ⁊ distantie eozum aliquando maiores. ⁊ aliqñ minores a stellis fixis: vnde ad saluādū ista oportet ponere celum moueri. ¶ Quarta cōclusio. celuz cōtinue circulariter mouet̄ ab oriente ad occidentē per meridiem. redeūdo ad orientē per angulū noctis. p̄batur per duo signa. p̄mum est. nos videmus q̄ stelle q̄ primo apparēt in ortu postea apparēt in occasu: s; hoc non pōt saluari per motū terre diurnū sicut dixit̄ p̄ma cōclusio. ergo o; q̄ hoc saluet̄ per motū celi: vel per motū stellaz in celo quiescēte celo. si dicat̄ primū habeo op̄posituz. si dicatur sc̄dm hoc non pōt esse. nam tunc celū eēt sc̄sibile ⁊ diuisibile. s; hoc est falsuz. nā tūc esset corruptibile. qd̄ est cōtra determinata p̄mo hui⁹. Quia tenet ex eo q̄ stelle mouerent̄ in ip̄o ip̄z sc̄indendo. sicut pisces mouetur in aqua diuidendo aquam.

**Quantum** ad tertium articulum sit prima conclusio ista. q̄ motus ipsius celi nō est vniformis. p̄batur ex eo q̄ non oēs partes celi mouent̄ eque velociter. partes enī celi circa equinoctialem mouent̄ velocius q̄ partes celi circa polos. ex eo q̄ in eālib⁹ partib⁹ tēporis maius spaciū lineale deseribunt. puta maiorē circūferentiā cir

§ 2



caorem mundi. consequentia tenet per diffinitionē motus  
vniiformis. **C** Scōda conclusio. nullus motus simplex in celo  
est irregularis. ita q̄ nec celū. nec aliq̄d astr̄. nec aliqua ps  
celi mouet̄ velocius in vno tempore q̄ alio. ⁊ hoc motu sim  
plici. s. circūscriptis alijs motibus. Et hoc pbat Aristō. sic. p̄  
mo q̄ ois motus qui aliquādo est velocior aliquādo tardi  
or: vel ille est velocior in p̄ncipio sicut est motus violētus.  
vel ille est velocior in fine sicut est motus nālis grauiū ⁊ le  
uiū. vel est velocior in medio sicut est motus aialis. sed mo  
tus celi nec est velocior in p̄ncipio nec in fine nec in medio.  
cū nec habeat p̄ncipiū neq̄ finē neq̄ mediū. ppter sui eter  
nitatē ⁊ celi sphericitatē in quo nec est assignare p̄ncipiū neq̄  
finē neq̄ mediū. **C** Scōda q̄ irregularitas motus nō pōt  
venire nisi ppter mutatōnē mobilis aut motoris. mō mo  
bile puta celū est ialterabile. Similr̄. motor mouēs celū est  
imutabilis sicut itelligentia. ergo nō est vnde pōt velocitas  
celi variari. **C** Tertio. si motus celi nō eēt regularis. sed ir  
regularis. s. aliquādo velocior. ⁊ aliquādo tardior. vel ergo  
veniret continue retardādo. ⁊ tūc si hoc eēt. pportionaliter iā  
gesceret. ex eo q̄ ab eterno venisset retardādo. vel continue  
velocitādo. ⁊ tūc si hoc eēt. pportionaliter iam moueret̄ subi  
to. eo q̄ ab eterno fuisset velocitatū plus ⁊ plus. Si aut̄ di  
cat̄ q̄ venisset retardādo ⁊ velocitādo alternatim. hoc mō  
potest esse ex eo q̄ motor mouens ipsum est imutabilis. Ex  
ista conclusio patet respōsio ad q̄stionē. **C** Tertia conclusio.  
motus celi simplex est circulatio vniiformis. nō obstāte q̄  
nō est motus vniiformis quēadmodū dicit̄ p̄ma conclusio hu  
ius articuli. Probat̄. nā ex quo motus celi simplex est regu  
laris. tūc partes eius i equalibus partibus tēporis equales  
describūt̄ angulos circa axē mundi. ⁊ hoc sufficit ad hoc q̄  
aligs motus sit vniiformis. **C** Quarta conclusio. motus in ce  
lo vel in aliqua parte eius cōpositus ex pluribus pōt eē irre  
gularis. patet hoc de motibus planetaz. qui aliquando mo  
uēt̄ velocius. aliquādo tardius per aggregatōnē plurius  
motuū in suis orbibus in tantū q̄ astrologi sicut arguebat̄  
ante oppositū dicūt̄ eos esse aliquādo retrogrados. aliquā  
do statioarios. aliquādo directos. aliquādo p̄cessiuos.

**Ad rationes** ad p̄mā. nego q̄ terra mouet̄ ab oriē  
te in occidentem. ⁊ quādo dicebatur  
de igne ⁊ aere sup̄ altissimos mōtes. bene cōcedo q̄ moueā  
tur vna cū celo ab oriēte in occidentē. q̄ sunt ita ppe celum  
q̄ virtute influentie celestis possunt sic moueri. sed hoc nō  
oportet de terra. ppter magnā eius distantiā a celo. **C** Ad  
scōdaz dico q̄d sepe p̄us dixi. q̄ motus torius celi vel celi vlti  
mi nō est localis. ex quo vltimū celuz nō est in loco. bene tū  
est eiusdē sp̄ei cum motu locali. ⁊ Auicena vocat talē motū  
secundū sitū ⁊ nō secundū locū. **C** Ad tertiā. illa bene pbat  
q̄ celū nō mouet̄ motu recto. cum quo bene stat q̄ mouet̄  
motu circulari. nec est iconueniēs aliquid moueri motu cir  
culari ⁊ continue secundū se totū cathegorematicē non muta  
re locū: sed sufficit q̄ mutet̄ locū scōz suas medietates. quaz  
vna est ex vna parte egnocialis: ⁊ alia ex alia. hoc p̄ceditur.  
q̄ secundū talē diuisionē eius in partes nō mutaret locum  
cum quo tamē stat q̄ mutaret locū s̄m partes ei⁹ assigna  
tas s̄m aliā diuisionem. vt si imaginaremur celū diuidi s̄z  
coluros. tūc nō est dubiū qn celū mutaret locum scōz tales  
partes. ⁊ hoc si celū esset in loco. finali ergo dico nō esse in  
cōueniens aliq̄d mobile mutare locū scōm partes assigna  
tas scōm vnaz diuisionem. ⁊ non mutare locū scōm partes  
assignatas s̄m aliā diuisionē. sic ergo solute sunt rōnes in q̄  
bus repobatur suppositū in questioē.

**Deinde** respōdeatur ad rōnes factas ad questiones.  
**C** Ad primā dico q̄ nō ois omnē motū natu  
ralem in fine eē velociorē. sed solū hoc ē vez de motu nāli

locali recto. gratia cui⁹ tractabo septimū ppositōzū. **C** Ad  
scōdam. illa bene pbat q̄ motus celi nō est vniiformis. cum  
quo bene stat q̄ est regularis. **C** Ad tertiā illa vadit p vlti  
ma cōclusionē scōi articuli. Et sic soluta est questio.

**C** Neq̄ veloci⁹ vtiq̄ in fine ferret̄ si vi ⁊ extru  
sione. omnia enim a vlm inferēte longius facta  
tardius ferunt̄. ⁊ vnde vi illuc feruntur non vi  
⁊ c̄ primo celi. **Textu p̄mēti octuagesimi noni.**

Questio XIII.



**S**ep̄timū p̄pōsitōzū erat. q̄d di  
xi esse icidentale. vtruz  
ois motus nālis sit velocior in fine q̄ in p̄nci  
pio. Uidet̄ primo q̄ nō. quia motus celi  
est motus regularis per p̄cedentē questio  
nem. ergo nō est velocior in fine q̄ in prin  
cipio. ⁊ tamē est mor⁹ naturalis. q̄ nec vi  
lentus nec p̄ter naturā. ⁊ etiā quia est a principio intrinseco.  
ergo nō ois motus naturalis est in fine velocior q̄ in p̄nci  
pio. **C** Scōda. q̄ augmētatio est motus nālis: ⁊ tamen non  
oiz q̄ in fine sit velocior q̄ in principio. imo vt plurimū acci  
dit oppositū. q̄ sit motus nālis. p̄z per Aristotelez in p̄mo  
de generatiōe. ⁊ in scōdo de aia. **C** Similr̄ arguitur de alte  
ratione. nā multe sunt alteratōes naturales que in fine nō  
sunt velociores. **C** Tertio. naz sit vnū mixtū habēs duas  
libras de igne. ⁊ duas de aere. duas de aqua. octo de terra.  
⁊ sit in cōcauo orbis lune. tale mixtūz descēdendo cōtinue  
tardatur in suo motu. ex eo q̄ cōtinue resistētia auget̄. ⁊  
potētia motiua diminuitur. p̄z hoc ex eo. nā dum tale mix  
tum est in cōcauo orbis lune. trahūt̄ taz terra q̄ aqua q̄  
aer deorsum. Sed quando hoc pringit ad aerem: aer non  
plus trahit deorsus: sed tunc solū trahunt aq̄ ⁊ terra. q̄ aer  
in sphaera aeris nō trahat p̄z. q̄ elemēta appetunt manere in  
suis locis: ⁊ nō iclinantur ad esse extra ea. qm̄ aut̄ dictū mix  
tum pringit ad aquā. iam aer icipit resistere cū igne. nec aq̄  
plus trahit deorsum. ex quo est in loco suo. sed solū terra. Ex  
hoc p̄z quomō in dicto casu potētia motiua continue fit miōr.  
⁊ resistētia maior. ⁊ per oīs segtur q̄ dicti mixti motus nā  
lis. s. descensus nō sit in fine velocior. imo tardior q̄ in p̄nci  
pio. **C** Quarto. nā si graue in descēdendo moueret̄ veloci⁹  
in fine q̄ in p̄ncipio. hoc videt̄ esse ppter aliq̄d sibi acquisi  
tum in descēdendo: q̄d inuaret potētia intrinsecā motiua  
illius grauis ad mouendūz illud graue veloci⁹ in fine q̄ in  
p̄ncipio. Tunc pono q̄ illud graue descendat in medio dif  
formi. sic q̄ mediū iferi⁹ sit maioris resistētie in tāto in q̄to  
potētia motiua intrinseca illi⁹ grauis pōt inuari a tali extrin  
seco per talē motū sibi acquisito. ⁊ tūc saltē illud graue moue  
bitur in illo medio. sic q̄ nō mouebitur i fine velocius q̄ in  
p̄ncipio. **C** Quinto. sit vnū graue sicut q̄tuor i potētia. q̄d de  
beat descēdere per aliq̄d mediū vt duo in resistētia. tunc vī  
q̄ illud graue per illō mediū moueat̄ ita velociter in fine  
sicut in p̄ncipio. ex eo q̄ oio videtur esse cōsimilis pportio  
potētie mouētis ad resistētiā in fine qualis erat in p̄ncipio.  
nam cōtinue videt̄ manere pportio potētie mouētis ad re  
sistētiā. sicut q̄tuor ad duo. **C** Sexto. si ois motus nālis  
esset in fine velocior q̄ in p̄ncipio. tunc nullus videretur eē  
regularis mot⁹. q̄d est falsus. pbat̄ cōsequētia. quia ois  
motus videt̄ esse nālis. violentus. vel animalis. modo mo  
tus violētus nō est regularis. q̄ est in p̄ncipio velocior. simi  
liter motus aialis nō videtur esse regularis. q̄ est in medio  
velocior. si ergo ois motus naturalis eēt in fine velocior q̄  
in principio: etiā nullus motus naturalis eēt regularis. ⁊ sic  
simp̄r nullus motus esset regularis. q̄ nec violētus. nec ani  
malis. nec nālis. **C** Septimo. si sic sequeretur. q̄ si aliquod  
graue distaret a centro terre distātia ifinita. q̄ in descēdē  
do versus centrum moueretur velocitate infinita ane q̄



tangeret centrum. sed hoc est falsum. consequentia videtur tenere ex eo qd motus nalis sic continue intendit plus & plus versus finem. falsitas autem patet. nam tunc sequeretur. qd tale graue haberet virtutem infinitam. ¶ Octavo quando motus naturalis non est. ipse non est velocior quam in principio: sed motus naturalis in fine non est. ergo tunc non est velocior quam erat in principio. tota ratio clara est.

**Oppositum** vult Aristoteles. & probatur ratione. nam graue descendens in fine fortius ledit quam in principio. quod non esset nisi in fine velocius moueret quam in principio. assumptum patet. nam si aliquis lapis descenderet de alto. & aliquis reciperet illum lapidem prope initium casus non lederet recipientem: sed si reciperet talem lapidem per magnas distantias ab initio casus illius lapidis multum lederet recipientem. quod non esset nisi talis lapis in descendendo continue tenderet suum motum. ¶ In ista questione primo erunt ponende distinctioes. Secundo opinionioes de causis velocitatis motus naturalis in fine cum suis improbatioibus. Tertio conclusiones responsales ad questionem cuius vna causa velocitatis motus naturalis in fine: cum quibusdam dubijs contra illam causam. & solutionibus illorum.

**Quantum** ad primum sit prima distinctio. motum naturalium alius est localis. alius est alteratiois. ¶ Secunda distinctio. motum localium naturalium quidam sunt recti quidam circulares. modo primo opposita intelligitur de motu locali naturali recto duntaxat. ¶ Tertia distinctio. motus naturales intendi in fine potest intelligi dupliciter. vno modo proprie accipiendo ly in fine. scilicet quando talis motus definit esse. & sic motus naturalis non intenditur in fine. patet hoc. quia tunc ipse non est. quia cuius motus naturalis definit esse. tunc non est & immediate ante erat. Alio modo capit in fine. hoc est versus finem. & sic capitur in proposito. ¶ Quarta distinctio. motum intendi potest intelligi dupliciter. vno modo per duplicem: triplicem: quadruplum. & sic ultra. Alio modo quod primo sit aliquatus. & secundo addatur sibi aliquis gradus velocitatis. & tertio medietas illius gradus velocitatis. & quarto quarta pars illius gradus velocitatis. & sic ultra. ¶ Tunc sit prima conclusio. si motus tenderetur primo modo. fieret infinitus. probatur ex quo primo esset aliquatus. et deinde in duplo velocior. & deinde in triplo. & deinde in quadruplo & sic ultra. ¶ Secunda conclusio. si tenderetur secundo modo non oporteret ipsum fieri infinitum. imo in casu posset in infinitum tendi. & adhuc nunquam fieri triplicem ad se ipsum recte in similibus. sicut si esset aliquod lignum pedale. & adderet sibi primo medietas semipedalis. & deinde medietas residui de semipedali. & deinde iterum medietas residui. & sic in infinitum. illud lignum quod primo erat pedale in infinitum augere. sicut infinitas partes proportionales ligni semipedalis sibi addendas. & tamen non propter hoc illud lignum pedale. sic auctum fieret duplicem vel triplicem ad se. imo si totale lignum semipedale esset sibi additum aggregatum ex persistente & addito non esset duplicem ad preexistens. imo solum sexquialterum. sic in proposito esset dicendum de intentione motus secundo modo dicta. ¶ Tertia conclusio. motus naturalis in fine hoc est eundo versus finem non statim quando incipit & vadit versus finem intenditur secundo modo patet hoc. nam aliter graue non moueretur velocitate infinita antequam veniret ad centrum: si distaret distantia infinita: cuius oppositum dicit Aristoteles. ¶ Sed sciendum est quod motus naturalis non intenditur per duplicem triplicem & sic. quod in prima parte proportionali hore sit aliquatus. & quod in secunda parte proportionali hore sit in duplo velocior. & sic ultra. necetiam sic quod quando est pertransita prima parte proportionalis spacy pura prima medietas. quod tunc sit aliquatus. & quando secunda pars proportionalis spacy sit pertransita. quod tunc in duplo sit velocior. & sic ultra. Nam tunc sequeretur quod quilibet motus naturalis qui per quantumcumque tempus paruum duraret. vel quo quantumcumque paruum spacy pertransiret. ad quemcumque gradum velocitatis peringeret ante finem. modo hoc est falsum

quia tenet ex hoc quod talis motus fieret per aliquod tempus in cuius prima parte proportionali esset aliquatus: & in secunda duplus. & sic ultra. & ita arguitur de spacio. Et ideo tertia conclusio intelligitur quod intenditur per duplicem triplicem & sic ad istum intellectum. quod quando ipso pertransitu est aliquod spacy est aliquatus. & quando ipso est pertransitum duplicem spacy est in duplo velocior. & quando ipso pertransitum est triplicem spacy est in triplo velocior. & sic ultra. Et ad istum intellectum vadit auctoritas Aristoteles de distantia infinita grauis a centro. scilicet quod tale graue moueret velocitate infinita versus finem.

**Quantum** ad secundum articulum premitto primo vnum generale omnibus opinionibus. scilicet quod omnis velocitatis intensio causatur vel ex cremeto potentie stante resistentia. vel ex decremento resistentie stante potentia. vel ex ambobus simul. ¶ Tunc est prima opinio de causa velocitatis motus naturalis in fine. qua supponit quod motus calefacit. modo imaginatur ista opinio quod quando aliquid graue descendit per aerem. calefacit ipsum aerem. & per consequens rarefacit. & sic aer ille rarefactus est facilioris diuisionis: & minus resistentis. & sic statim adest ibi vna causa velocitatis motus. scilicet decrementum resistentie. ¶ Sed ista dicta non sufficiunt. primo quia aer in estate est notabiliter calidior quam in hyeme. & tamen ideo lapis cadens ab equali distantia per aerem in estate & in hyeme non mouet notabiliter velocius in estate. nec sensibile magis ledit quam in hyeme. ¶ Secundo. nam aer non calefit per motum nisi animoueat. & diuidatur. & fricetur. & tunc cum antequam sit motus & diuisus resistat graui descendenti resistentia eius non est diminuta per eius calefactionem. ¶ Tertio. homo ita velociter mouet manum suam sicut lapis mouet versus principium sui motus. quod patet ex eo. quia percipiens alteram manu. lederet eum plus quam faceret ille lapis cadens prope principium sui motus. & cum homo sic moueatur ad aerem non calefaceret aerem sensibilibiter. quod vtiq; perciperet calefactionem. ergo similiter ille lapis saltem circa principium casus non ita sensibilibiter calefacit aerem. quod ex hoc deberet apparere tanta & ita manifesta velocitatio. ¶ Secunda opinio imaginatur quod locus naturalis est tanquam finis appetitus a corpore quod naturaliter mouetur ad ipsum. & ideo quanto mobile per suum motum propinquius efficitur suo loco naturali tanto intensius & cum maiori conatu mouet se ad suum locum. & propter hoc in fine mouetur velocius quam in principio. ad similitudinem hominis boni qui quanto efficitur melior tanto cum maiori conatu nititur ad felicitatem seu ad vitam commitem platiuam que est finis hominis. ¶ Sed breuiter illud non valet. quia cum appetitus sit ratione carentie. corpus naturale plus distans a suo loco naturali plus deberet appetere suum locum naturalem. & sic magis in principio velocius deberet moueri quam in fine. ¶ Secundo. nam incipiat aliquis lapis cadere de alto loco versus terram. & alter lapis similis incipiat cadere de basso loco versus terram. tunc isti lapides quando essent ad spacy pedale prope terram deberent eque velociter moueri. quod tamen est falsum. nam ille qui diutius est motus velocius mouetur. probatio autem. nam secundum dictam opinionem. tunc isti lapides cum sint consules in grauitate & equaliter distantes a loco eorum naturali equaliter haberent appetitum eundem in suis locis naturalibus. & cuius talis appetitus sit causa velocioris motus sicut quod dicit opinio. vtiq; tunc isti lapides deberent eque velociter ulterius descendere. ¶ Tertio. nam tunc difficilius esset leuare vnum lapidem prope terram quam eundem magis distantem a terra. hoc est falsum. quia probatur ex eo quod dicta opinio imaginatur graue maiorem habere appetitum & inclinationem eundem in suo loco naturali quando est prope suum locum naturalem quam quando est magis distans. ¶ Quarto. si a valde alto descendat lapis per spacy decem pedum. & ibi inuenies ob staculum gessat. & lapis consilis de basso etiam descendat per spacy decem pedum ad terram. vnus illorum motuum non percipitur velocior quam alter. licet vnus illorum sit propinquior suo loco naturali quam alter. ¶ Concludo ergo quod non ex maiori propinquitate ad locum naturale sunt motus grauium & leuium naturales velociores. propter hoc quod tunc talia corpora sunt propinquiora suo fini et plus appetunt



sentia illuz finem. nec est simile de istis corporibus natura-  
libus nō cognitivis sui finis. & de boie tendēte ad felicitatē  
q̄ sui finis est cognitivus. **Tertia** opinio imaginat q̄ in  
loco nāli est quedā virtus alterativa vel attractiva locati. &  
q̄ illa fortius trahit de ppe q̄ de longe. & q̄ propter hoc cor-  
pus nāle velocius movet in fine cū est p̄p̄nquius suo loco  
nāli q̄ monebatur in p̄ncipio cuz erat a suo loco nāli remo-  
tius. **Cōtra** istā opinionē potest argui tribus vltimis rō-  
nibus q̄bus arguebat cōtra opinionē precedentē. **Et** vlt-  
tra hoc p̄bō cōtra ipsam argui p̄mo sic. si hoc esset vez seque-  
retur q̄ mot' corpōz naturalū ad sua loca nō esset natura-  
lis sed violētus. hoc est falsuz. n̄tia tenet. ex eo q̄ per dictam  
opinionē entia nālia traherent ad sua loca nālia per virtu-  
tem existentē in ipso loco. mō tractus est quidā motus vio-  
lentus. **Secūdo**. sequit q̄ grauiora tardi' mouerent deoz-  
sum q̄ minus grauia. sed hoc est falsū. n̄tia pbatur. naz gra-  
uia plus resisterēt virtuti trahēti. **Tertio** sequeret. q̄  
corpora plus resisterēt ad sua loca a q̄cunq̄ distātia. qd̄  
est cōtra Aristo. p̄mo huius. pbatur cōsequētia. qz illa vir-  
tus attractiva nō se extēderet ad quācunq̄ distantiā recte.  
sicut neq̄ magnes trahit ad se ferrū a quacunque distantiā  
p̄pter determinatā distantiā ad quā agit. ita neq̄ virtus at-  
tractiva traheret ad se locatū a quacunq̄ distātia. & per n̄s  
ipsuz locatū nō a quacunq̄ distātia moueret ad suū locum.  
**Quarto**. seq̄retur q̄ non a quacūque distantiā a suo loco  
naturali ipsuz graue iciperet moueri eque velociter ceteris  
paribus: qd̄ est cōtra experientia. n̄tia tenet ex eo q̄ virtus  
attractiva est fortior ppe q̄ longe: ideo si aliqd̄ corpus natu-  
rale iciperet moueri ppe suū locū naturalē. velocius inci-  
peret moueri q̄ si incepisset moueri remotius a suo loco na-  
turali. **Quarta** opinio imaginatur q̄ q̄sto graue plus de-  
scēdit tāto minus videtur eē de resisteria sub eo. scilicet de  
aere. ergo cū grauitas maneat. & resisteria diminiuat: motus  
cōtinue plus & plus velocitatur. **Breuiter** contra hoc ar-  
guitur p̄mo. nam scdm̄ hoc sequeret q̄ si duo grauia cōsilia  
caderēt versus terrā: vnū a loco alto sic q̄ haberet multuz:  
de aere sub se. & aliud de loco basso: sic q̄ modicum haberet  
de aere sub se. q̄ p̄mu' inciperet cadere tardius q̄ secundū.  
hoc est falsuz. qz eā velociter iciperet cadere deorsum. qz p̄-  
pe p̄ncipia suozū motū eque fortiter lederēt impediētes.  
sequētia tenet per sic opinātes. **Secūdo**. qz non est veruz  
q̄ ille minor aer in p̄dicto casu minus resistar: qz quando la-  
pis est ppe terrā adhuc est tātus aer lateralis sicut si eēt re-  
motior a terra. & id̄ ita difficile est q̄ aer diuisus cedat. & su-  
giat lateralr sicut erat quādo lapis erat remotior. & eoz hoc  
eque difficile vel difficilior est quādo lapis est ppe terram  
q̄ aer sub eo cadat in directū. qz terra obuiat que forz' resi-  
sit q̄ aer. **Tertio**. qz grauiā descēdēdo vel resistit tot'  
aer q̄ est sub ipō vna cū terra. vel aer solus. si dicatur primū  
tunc nullū graue sicut eēt vnus lapis magnus. vel aliqd̄ ta-  
le descenderet. p̄pter hoc q̄ tunc resisteria esset maior q̄  
potētia motiua illius grauis. si autem dicat q̄ solus aer re-  
sistat. tūc sequeret q̄ illud graue itenderet motum suū vsq̄  
ad gradū velocitatis ifinitum. ex eo q̄ resisteria talis dimi-  
nueretur vsq̄ ad non gradū. ex eo q̄ illud graue in fine mo-  
tus nō habet aliqd̄ sub se de aere resisterēte. **Quinta** opi-  
nio vult q̄ talis velocitatio fiat per aerē ifequētē vel aquā  
vel aliqd̄ aliū mediū. & imaginat sic q̄ post ipm̄ graue de-  
scēdens ipse aer rarefit ifequendo ipsum graue descēdens.  
ne fiat vacuū ibi vbi erat graue: & q̄ tali pulsu aeris & motu  
iuuat ipm̄ graue & velocitatur in descēdēdo. **Istud** nō  
valet. naz scdm̄ hoc illud qd̄ esset tale figure ceteris parib'  
magis velocitaretur in descēdēdo. cui' oppositū docet ex-  
perientia. pbatur consequētia. qz plus de aere insequitur  
ipsuz. **Secūdo**. sint due sphaere equales. vna de plūbo alia de  
ligno. tūc motus sphaere plūbee cum hoc q̄ est velocior semp

magis velocitatur q̄ motus sphaere lignee. & tamen equaliter  
de aere insequitur vtranque. ergo insecutio talis ipsius ae-  
ris non videtur esse talis velocitatis causa. **Tertio**.  
quia si talis sphaera descēdens trāseat p̄ foramen: & statim fo-  
ramen recludatur. ita q̄ aer insequens detineat. non mi-  
nus motus velocitabitur. ideo talem velocitatem non fa-  
cit aer insequens. **Quarto**. nam aer inferius per descen-  
sum grauis condempnatur plus videtur resistere & impedi-  
re velocitatem. q̄ aer superius rarefactus & insequens vi-  
deatur iuuare. vel saltem tantum. **Quinto**. naz secundū  
talem imaginationem graue in sphaera ignis minus debet et  
suū motuz intendere. qd̄ tamē est falsum. sequētia tenet  
ex hoc q̄ in descensu grauis in sphaera ignis ipse ignis existēs  
super graue descēdens minus insequeretur ipsum graue  
descēdēs. postq̄ ignis est magis leuis. & nature leuis repu-  
gnat descendere descensum alicuius grauis insequendo.  
**Sexta** opinio premitit sicut in his que scinduntur vbi  
diuisio precedit diuidens. sicut patet in quibusdā lignis cū  
diuiduntur secundum lōgum facilius est cōtinuare diuisio-  
nem q̄ incipere. ita in proposito licet diuisio aeris non pre-  
cedat ipsum graue. quia tunc esset vacuum. tamen propter  
hoc q̄ aer subiectus recedit ad latera fit ibi quedam rare-  
factio. que precedit ipsum graue. & ex hoc cōtinue mouetur  
velocius & facilius. **Sed** ista opinio non valet. qz aer di-  
recte sub graui magis condempnatur q̄ rarefiat. & illud pa-  
tet bene in simili. si motus fiat per lunam vel aliquod tale  
cuius cōdempsatio esset sensibilis. **Secundo**. nam ex ista  
causa non potest reddi ratio aliquoz apparentium accidē-  
tiū ex descensu grauis. sicut q̄ graue descēdēdo aliquan-  
do reflectitur cum suenit obstaculū. & similiter cum plūbū  
appēsū corde descēdit ecōuerso reflectitur. horū enī cau-  
se non possunt reddi iuxta predictam opinionem. **Ter-  
tio**. nec exemplū eozum de lignis est ad propositum. quia ta-  
lis facilitas diuidendi lignum fit propter poros ordinatos  
in illo ligno secundum longum. & quia non sunt sic ordinati  
ex transuerso. non ita faciliter. secundum transuersum di-  
uiditur sicut scdm̄ longū. sed sic nō est de aere. cū nō sit cor-  
pus scissibile. sicut patet quarto methozozum.

**Quantum** ad tertiu' articulu' est alia opinio de cau-  
sa velocitatis motus naturalis in fine.  
illa approbo. vnde secundum istam opinionem imaginan-  
dum est q̄ ipsum graue in suo motu ad suam grauitatem  
naturalē acquirit sibi quandam impetum seu grauitatem  
accidentalem. que iuuat grauitatem naturalem ad mouen-  
dum ipsum graue velocius. & similiter dicenduz est de leui-  
tate. & secundum q̄ ipsum corpus naturale mouetur diuti'  
& diutius. fm̄ hoc sibi acquiritur maior & maior impetus. &  
secundum hoc continue mouetur velocius & velocius. nisi  
tamen hoc impediretur per maiorem crescentia' ipsius re-  
sistentie q̄ esset impetus sic acquisitus. & imaginandum est  
q̄ sicut ille impetus acquiritur consequenter ad motum.  
ita consequenter minoratur vel deficit ad minorationem.  
vel defectum motus. **Et** pro ista opinione experimentū  
habemus tale. q̄ si mōla fabri magna vel valde grauis ve-  
lociter moueretur motu versiois: quando cessares eā mo-  
uere. adhuc ipsa diu moueretur. q̄ non videtur esse nisi a  
quodam impetu ab extrinseco sibi acquisito & impresso si-  
bi amouente. tunc vltorius cum cessas mouere illam mōla  
cōtinue diminuitur donec mōla cessat a motu. propter hoc  
qz forma naturalis mole illius tendit ad oppositum. Ita  
imaginandum est proportionaliter in proposito de motu  
nāli corporis naturalis ad suū locum. Et forte si ista mōla  
sic mota semper duraret sine aliqua diminutione vel alte-  
ratione. & non esset aliqua resisteria corrupens impetuz  
talem ibi generatū mōla ab illo impetu p̄petuo moueret. &  
sic si placeret possem' imaginari q̄ nō oz p̄cere itelligētia

3<sup>o</sup> opinio

4<sup>o</sup> opinio

3<sup>o</sup> opinio

5<sup>o</sup> opinio

o. Alj



mouentur orbes celestes. Potest enim dici quod quando deus  
 creauit speras celestes ipse incepit mouere vna quacumque eaz  
 sicut voluit. et sic ab ipetu quem dedit eis adhuc mouentur. quia  
 ille ipetus ibi non corrumpitur nec diminuitur cum non habeat ibi  
 corruptio. postquam mobile non inclinatur ad oppositum. Tunc secundum  
 istam opinionem possent poni rationes. Prima est quod cum ve-  
 locitatis motus naturalis est ipetus acquisitus in ipso mobili. quod se-  
 quetur accipitur ad tale motum naturale. probatur in simili de mola  
 fabri que post amotionem principalis mouentis adhuc mo-  
 uetur. sed tunc non videtur moueri nisi a quodam tali ipetu sibi ab-  
 extrinseco acquisito. Secundo probatur hoc a simili de boie cur-  
 rere. qui postquam incepit currere et cucurrit bene velociter non  
 potest bene arrestare quando vult. quod non videtur esse nisi propter  
 tale ipetu in ipso acquisitum qui adhuc vltimus inclinatur ad mo-  
 tum. Tercio ista opinio possent reddi causa que graue cum fo-  
 riter descendit et inuenit resistentiam reflectitur versus partem a  
 qua venit. Unde huius causa est. nam graue in descensu accipit  
 sibi tale ipetu qui non subito corrumpitur. et ideo cum inuenit obsta-  
 culum ille ipetus nondum corruptus inclinatur ad motum non po-  
 teret ipsum mouere vltimus deorsum mouet ipsum e converso sur-  
 sum. tamen diu quod ille ipetus corrumpitur. Tunc iuxta illud etiam dice-  
 ret quod si terra esset perforata totaliter et per illud foramen descende-  
 ret vnum graue bene velociter versus centrum. tunc quando medium graui-  
 tatis illius corporis descendit esset medium mundi illud corpus  
 adhuc vltimus moueret versus aliam partem celi ipetu nondum  
 in ipso corruptum. et in sic ascendendo quoniam ille ipetus defice-  
 ret illud graue e converso descenderet. et ita descensu iterum  
 acciperet sibi quendam paruum ipetum quo iterum moueret ultra  
 centrum. et illo ipetu corrupto iterum descenderet. et sic moueret  
 circa centrum titubando tam diu quod non amplius in eo esset talis ipet-  
 us. tunc quiesceret. Secunda ratio. ois motus naturalis localis  
 quod fit in medio vniuersi velocior est in fine quam in principio. probatur  
 ex eo quod resistentia manet eadem per hypotheseum quod medium sit  
 vniuersum. et potentia motiua augetur. scilicet per ipetu acquisitum quod ipsum  
 iuuat ad motum. per precedentem rationem. Tertia ratio. si aliquid  
 motus alicuius mixti fieret in vacuo. vbi fuit locus naturalis ali-  
 cuius elementi talis motus esset velocior in fine quam in principio.  
 probatur iterum. quia resistentia manet eadem. scilicet resistentia intrinse-  
 ca potentia motiua intendit per ipetu quod ibi accipitur. Quarta conclusio.  
 medium in quo fieret motus potest sic disponi quod mobile sim-  
 plex moueret in ipso eque velociter precise in fine sicut in prin-  
 cipio. per hoc si medium esset difforme in resistentia et inferius plus  
 resisteret quam superius in tanto in quanto posset iuuare talis ipet-  
 us acquisitus ad intentionem velocitatis ipsius motus. in tali eni-  
 casu motus grauis per totum medium esset vniuersum. et quod plus  
 est. medium posset sic disponi quod motus naturalis factus in ipso  
 in fine esset tardior quam in principio. per hoc si medium inferius  
 esset plus resistentes quam superius. in tanto quod illa resistentia esset  
 maior quantum ad remittendum motum quam esset ipetus acquisitus  
 quantum ad intendendum motum. Quinta ratio. mobile potest sic dispo-  
 ni quod in fine sui motus naturalis moueret tardius quam in prin-  
 cipio. ista conclusionem sufficiens probauit tertia ratio facta  
 ante oppositum. Sed verum est quod non totus ille motus fieret in  
 medio vniuersum. sed difforme. Sexta conclusio. mobile potest sic  
 disponi quod velocius moueret in pleno quam in vacuo. per hoc. nam sit  
 vnum mobile compositum ex duobus gradibus aeris. et quatuor ter-  
 re. et sit spera ignis plena et totum residuum vacuum. tunc illud mi-  
 xtu cum descenderet in igne resisteret sicut vnum. verbi gratia. tunc  
 aer quam terra traheret ipsius deorsum. quoniam autem illud mixtum  
 veniret ad vacuum vbi plus erat naturalis locus aque. aer iam in-  
 ciperet resistere terre traheri deorsum. et sic illud descenderet  
 a portione quatuor ad duo in vacuo. vbi plus erat locus naturalis  
 aque. quod plus in pleno puta in igne descenderet a portione  
 sex ad vnum. que est maior quam portio quatuor ad duo. et per consequens  
 illud mixtu velocius descenderet in pleno ut in igne. quia  
 ex maior portione quam in vacuo. Ista ratio supponit quod a corpo-

re naturali in vacuo circumscribat appetitus ille generalis corporum  
 quo appetit replere vacuum. Vltimus supponit quod corpora na-  
 turalia grauiora et leuia appetunt manere in vacuo vbi plus  
 fuit locus naturalis talium corporum. Tunc iuxta istam opinionem dubitatur  
 si tale ipetu. Primo quod generet tale ipetu in motu naturali ipsius  
 corporis. Secundo dubitatur a quo corrumpatur ille ipetus. Tertio du-  
 bitatur que res sit talis ipetus. Ad primum dico quod tale ipet-  
 um generat forma subalis mobilis mediante motu. Ad  
 secundum dico quod talis ipetus corrumpitur per absentiam seruatis. pu-  
 ta motus et inclinationem ipsius mobilis ad gerere. recte sic lumina  
 in medio corrumpitur per remotioem et absentiam corporis luminosi.  
 Ad tertium dico quod est quedam quantitas de secunda specie quantitatatis.  
 est. nam quedam habilitas et facilitas ad motum. Deinde dubitatur si  
 secunda ratio. nam dicunt auctores de ponderibus quod quanto ali-  
 quid plus distat a centro tanto est grauius secundum situm. ex quo  
 videtur sequi quod graue in principio sui motus quando multum distat  
 a centro velocius debeat moueri. cum tunc sit grauius. Quod gra-  
 ue descendendo continue fit calidius et leuius. ex quo motus cale-  
 facit. et continue videtur moueri tardius et tardius. Ad istam am-  
 bo simul dico. quod accipitur ibi plus de impetu in continuatione  
 motus. quod plus facit ad intentionem motus in fine. quam poterat fa-  
 cere illa grauitas secundum situm in principio. tertia ratio possent im-  
 pedire tanta leuitas quanta ibi acquiritur ex caliditate ibi  
 causata per motum.

**Ad rationes.** Ad prima dico quod illud quod dictum est  
 intelligitur de motu naturali locali et recto.  
 et non circulari. per hoc est soluitur secunda ratio. quia intelligitur de motu  
 locali et non de alius motibus. Ad tertia. illa vadit per vna con-  
 clusione posita. Ad quarta. illa et vadit per vna ratione posi-  
 ta. Ad quinta. nego quod continue maneat eadem portio poten-  
 tie mouentis ad resistentiam. nam per apponere talis ipetus potentia  
 motiua continue intendit. Ad sexta. negatur. quia sic dicitur  
 est in vna ratione medium potest sic disponi quod motus naturalis in ipso ma-  
 neret per totum regularis. Ad septima. concedo quod tale graue  
 haberet potentiam infinitam. concedo et quod non haberet potentiam infinitam. ga-  
 aliud graue distare per distantiam infinitam a centro est impossibile. ad  
 ipse autem sequitur quodlibet. Ad octaua. illa bene probatur quod motus natu-  
 lis non intendit in fine capiendo finem quoniam motus definit esse. cum hinc  
 stat quod bene intendit in fine. id est versus finem. Et sic est finis quoniam.

**In his enim que de subtilis plures iam ratio-  
 nes conuenerunt in vnum etc. Textu commentum  
 trigesimali quinti. Questio XV.**



**Stauum** ppositio erat. vtriusque spera cele-  
 stes sic sunt spe planetarum plures  
 mouentur motibus. scilicet ab oriente in occidentem mo-  
 tu diurno. et ab occidentem in orientem motu proprio.  
 Et ar. per quod non. nam tales diuersi motus videntur  
 eque fortes et eque veloces. vel vnus esset velo-  
 cior et alter tardior. si essent eque veloces. tunc

continue planete maneret in eodem situ et aspectu ad nos. sed  
 hoc est falsum. quia probatur a simili. nam si aliqua musca ascen-  
 dat super aliquid lancea aliquid velocitate. et lancea iterum descen-  
 dat precise equali velocitate. musca non mutabit situm nec  
 aspectum ad aliquod quiescens. sed continue habet se sibi modo  
 et non aliter ad tale quiescens. sicut esset de boie quod moueret in nauis  
 ita velociter ad vnam partem sicut nauis moueret ad alias. Si  
 autem dicatur quod motus ipsorum orbium planetarum. quos aliquid sunt ad  
 vnam partem et aliquid ad aliam. sic se habent quod vnus est velocior alio. capiatur  
 ergo speram solis. et quero vtrum velocius moueatur ab orien-  
 te in occidentem motu diurno vel velocius ab occidentem  
 in orientem motu proprio. si dicatur primum. tunc non moue-  
 tur nisi motu diurno. probatur sic in simili de musca mota su-  
 per lancea. nam si descensus lancee sit velocior. musca non de-  
 scenderet. sed descenderet solus. aliter enim idem simul moueret  
 motibus contrariis. Si autem motus proprius spera solis esset



